

Caroli
NONVM

Sammelbd!


z


Di
Lan
Expen
min
Fust
Mitig
Mü
Cre
Fure
liber
Fure
Fure
Luer
Pot
t
Diss
Pri
Pri
Fure
Fo q
ca
Fure



Disertatio De:	Præses.	Respon. loc.	Núm.
Lanvis. —	Schröter	Halbinger Fena.	1.
Expens. Executionū cri- minalium. —	Beier.	Wilhelmus ibid.	2.
Iustitia hoīs cir- ca suamembra	Simon.	Pauli. ib.	3.
Mitigatione poen.	Feser.	Severus ib.	4.
Mulctis.	Salchner	Halb. ibid.	5.
Credulitate	Beier.	Radem ib.	6.
Jure matris circa liber. Sanguinol.	Schröter	Mistag ib.	7.
Jure hoīs in bruta	Litb.	Steding. ib.	8.
Jure Obstericum	Simon.	Lots. ibid.	9.
Lucro dotis ac dota- titi. 1.	Heintzius.	Ernst Bl. Lipsia	11. 6)
Potestate mari- tali. 1.	Witten.	Borning. Helms	10. 4)
Dispensationibz	Strüel.	Farob. Fena.	12.
Privilegiis paup- rum.	Borsmann.	Trinder ibid.	13.
Privilegiis paup- rum.	Schröter	Borff. ib.	14.
Jure viduarum.	Schröter	Münch. ib.	15.
Et q. iustum ē cir- ca sextum vis.	Strüel.	Strolof. ibid.	16.
Jure consensuum	Salchner	Züllig. ib.	17.

Dissertatio, de	Prof:	Resp:	Loc:	num.
Jure sigillorum.	Struve	Lits.	Fena	18.
Sub- et Obreptione	Salchow	Burmann	ibid.	19.
Equis publicis.	Exprotor	Fanckig	ibid.	20.
Jure Belli.	Burmann	Paschig	ib.	21.
Associatione ad rum.	Burmann	Bisf.	ibid.	22.
Potestate circa sacra in Imperio Romano Germanico.	Burmann	Exprotor	ib.	23.
Juris: Ecclesiasti- ca.	Ungewiss	Langstein	ib.	24.
Callio Episcopa, li.	Riefow	Blau	ib.	25.





17 20.
JESU OPERI BENEDICENTE
ET
MAGNIFICO ICTORUM ORDINE PERMITTENTE
DE

EO QVOD

JUSTUM EST CIRCA VESTI-
TUM CIVIUM,

DIRECTORE

D N.

GEORGIO ADAMO *Struben/*

ICTO CONSUMMATISSIMO, SERENISS. DUCUM
SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO EMINENTISSIMO, FA-
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, CURIÆ PROVINCIALIS AC
SCABINATUS ASSESSORE PRIMARIO GRAVISSIMO,

DN. PATRONO ET PROMOTORE SUO, SUBMIS-
SE AD LIBITINAM SUSPICIENDO,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni
subjicit,*

JOHANNES OSTERLOH, BREM.

ad diem Augusti Anno M. DC. LXXV.
loco horisque solitis.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhoferi.

1783
MAGNifico ICTORUM ORDINE PERMITTENTE
FOVOD

IUSTUM EST CARCA VESTI
TEM CIVIUM
DAMNARE
DM

GEORGIUS ADAMUS SCHUMMER
IUS CONSULTISSIMO SPECTABILIS DECUM
MAGNIFICENTIA ET HONORABILIS
DIPLOMATICO ET PROMOTORE SUPERBIS
SPECTABILIS DECUM

JOHANNES SCHUMMER
DEI
JANUARIUS





I. N. I.

PRÆLOQVIUM.



Aud inscite dixit, quicumque dixit: *Error est*
foecunda mater. Nam uti fluctus fluctum tru-
dit, ita errorem error. Uno absurdo dato, in-
numera sequuntur alia. Haud secus ac si se-
mel corrupto oculo, omnia quæ sub visum
cadunt, errorem induunt, colorem & partium
distantiam mutant. Ita quoque animo semel
hebetiori facto cœtera omnia erroribus, du-
bitationibus & tumultuariis rerum confusionibus obnoxia sunt.
Ex innumera testimoniorum multitudine unum si arcessam, abun-
dè veritas hujus rei coruscabit. Ut paucis dicam, quod nunquam
sine lachrymis dixerim: *Error Adami est foecunda Mater.* Quot
enim malorum genera, quot malorum species, quot calamitatum
nomina non induxit unus iste infauitissimus error; quo se Ada-
mus involverat? Animus obruitur mœrore, neque quid sentien-
dum sit, satis colligit, multitudine malorum coopertus. Ut in com-
pendium revocarem, si necessitas jam juberet, dicerem uno no-
mine NUDITATEM. Proh quanta ignominiarum lerna! Nudi-
tas occupat mentem, dehonestat corpus nuditas. Hinc fluit in
intellectu ignorantia, in corpore indigentia: illic stultitia, hic ig-
nominia. Hanc tegere vestibus, illam opinionibus nitimur; utram-
que verò debilem & infirmam vix anxie sustentamus. De animi
mantelis hodie nil dicam; corporis infirmitas ut vestes respiciam
solidore meditatione, necessitas jubet Sicut verò pessimum hoc vi-
tium est oculi, quod vitium suum, quo afficitur, videre nequeat: ita
deterrima hæc est nuditas quorundam hominum, qui nuditatem su-
am, qua laborant turpissimè respicere nequeunt; Inter Charaybes e-
nim, quod vix sine læsa verecundia dicimus, nudi incedunt planè
homines, nisi petulantia & libidine vestitos eos dixeris. Et in quibus-
dam partibus regni Abyssinorum plebejæ foeminæ omnibus partibus
A 2 nudæ

4.

nudæ incedunt , teste Franc. Alvaret. *descr. Egypt. cap. 32.* Excusatum eat hanc morum proterviam & barbariem per nos enim licet Auctor anonymus de princ. justî & decori p. m. 49. seqq. & nuditatem eorum fœdissimam prætextu consuetudinis turpissimæ nostrorumque morum in casu anatomico & medico obvelet. Sanior cui mens est, ficulnea saltim folia quæret, queis fœditati huic vestimenta obducatur. Nobis sanè certum est haud incommodè apud Herod. Clionem dixisse: *Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit.* Eò enim dictus auctor anonymus digitum quoque intendisse videtur, ut asserta corporis nuditate pudorem quoque ex conspectu nudo genitalium licite exui commonstret. *Error enim fœcunda mater.* At verò iterum hic occurrit, quod vulgo ex Horatii poësi dicimus: Dum vitant stulti vitia in contraria currunt: Dum nuditatem fugiunt, in luxum vestimentorum, nescio qua non libidine, incidunt plurimi. Notius hoc omni Republ. malum est, & deterius quoque quam ut hic in limine excutiatur. Hinc è re visum est tot Rebusp. florentissimis leges vestiarias, sumtuarias aliasque ferre, ut quam commodissimè & acerrimè huic nepotum prodigalitati & ineptiæ obviam eatur. Interest enim Reip. ut ne quis re sua male utatur. Atque hæc est occasio dissertationis, quam hodie proponimus, ut quantum ad salutem publicam conferat negotii hujus consideratio, publicè omnibus constet. Dabit Deus qua est gratia infinita, ut institutum hoc eo, quo intendimus, modo procedat, tum in Divini sui numinis gloriam, tum in nostrorum omnium prosperitatem sempiternam.

SECTIO I.

Continens utramque definitionem nominis & rei.

*De descri-
ptione no-
minis.*

I.

De Etymologia seu originatione vocum in titulo positarum, non superstiti ore solliciti erimus. Opera enim hæc ad solidiorem Philosophiam, quam Jurisprudentiam vocamus, vix pertinet. Scholasticorum est, apices verborum metiri, & eorum originem impigrè inquirere. Nobis hoc loco sufficit, qui per *justum* nihil

5.
nihil intelligimus aliud, quam id quod regulæ moralitatis con-
venit. Quænam autem hic regula moralitatis denotetur, haud difficile
erit intellectu; scil. regula actionum, quæ vocantur moralium, dici-
tur vel conscientia vel recta ratio, vel natura rationalis ut rationalis,
vel lex æterna. Quamcunque asserueris ex hisce nobis haud invidis
fiet; quippe qui statuimus, *justum esse, quod natura rationali & socia-*
bili, quæ tali, convenit.

II. Vestium Etymologiam, Homonymiam, paronymiam &
alia, quæ non sine ingenti fastidio, in vestibulo dissertationum con-
glomerari solent, remittimus ad Philologos, & Lexicographos *conf.*
Bracheum ad l. 127. de V. S. Ex nostra mente vestis & vestimentorum
appellatione continentur omnia, quæ ad vestitiendum hominem ac
vestiendi causam comparata sunt, *arg. l. libertus 45. ff. de Oper. libert.*
l. 3. §. 4. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. l. 18. princ. ff. de aliment.
& cibari. leg. quæ idè ab ornamentis. l. quamvis 26. & l. 37. ff. de
aur. & arg. leg. à cibariis l. 21. l. 12 ff. de alim. vel cibari. leg. aliud sane
est in victu vel alimentis legatis. l. 43. ff. de V. S. l. 6. ff. de aliment.
legat. Non obstante l. 8. §. 21. ff. de transact. ubi in remittendis ali-
mentis materia haud ita favorabili stricta fit interpretatio. Surd.
de alim. tit. 4. quest. 2. n. 30. VVissenb. part. 2. ff. Disp. 6. th. 1. Ma-
gnificus Dn. Præses S. J. C. Ex. 35. th. 67. ab argente & suppellecti-
le legatis l. 21. princ. ff. de except. rei judic. l. 26. §. fin. ff. de furt. l. 4.
ff. de Legat. 1. l. 1. l. 3. §. 2. l. 7. §. 1. l. 10. ff. de suppell. legat. ab armis
H. Grot. de J. Bell. & Pac. lib. 3. c. 23. §. 12. separantur, neque in usu
juris est differentia inter vestem & vestimentum. l. 23. princ. & §. 1. ff.
de aur. & arg. leg. l. 33. ff. eod.

III. Missa hac nominis definitione, ità rei definitionem
proponimus, affirmantes, *id quod, circa vestes justum est, esse potesta-*
tem, seu jus magistratus discernendi in civitate circa usum vesti-
mentorum omnia ea, quæ ad salutem publicam faciunt.

IV. Quia autem omne jus est terminus relativus & ne-
cessario fundamentum seu rationem fundandi, ex communi Mo-
ralistarum regula requirit, par est, ut quoniam fundamento ma-
gistratus sufflatus potestatem habeat disponendi usum vestimento-
rum in emolumentum publicum, exponamus.

V. *Fundamentum* verò hujus Juris quo utitur, Magistratus
ad leges vestiarias ponendas, est illa ipsa potestas, quam in caput

De Ety-
mologia
vestitus.

De defini-
tione rei.

Jus vesti-
arium est
relativum.

Ejus fun-
damentum.

& bona subditorum habet, sive verò immediatè à solò Deo imperium hoc obtineat, sive mediante populi vel statuum ejusdam Reipubl. consensu, ad hanc nostram disquisitionem non pertinet. Utrum enim affirmaveris, nostro instituto nihil officiet. Complectitur autem dicta potestas in caput & bona subditorum liberam disponendi vim, qua omnia illa, quæ fiunt a civibus, in administratione bonorum possunt determinari, limitari, ampliari & quocunq; modo immutari, ut ne Respubl. quicquam detrimenti patiatur. Id quod fit vel ordinariè per præcepta & rescripta quantum subditis circa vestres liceat, magistratus est decernere.

*Obligatio
mutua
Reipubl.*

VI. Hac igitur lege intrat quivis civitatem, ut se omnino Imperantium voluntati & actibus subdicere, & nihil quicquam circa administrationem omnium eorum, quæ possidet, invitis legibus & statutis superiorum tentare & dirigere velit. Modus enim usurpandi res, quæ vel natura alicui attribuit, vel per artem & industriam hominum ad nos pervenerunt, tantum pèndet ex iudicio & directione illorum, quibus in aliqua Reipubl. subsumus. Uti autem subditi hoc modo obligantur ad id, ut se mandato superiorum lubentissime subjiciant: ita vicissim tenentur illi, qui ad clavum Reipubl. sedent, ea moderatione dexteritate animi & prudentia uti, ut nihil quicquam percipiant nisi quod formæ Reipublicæ, in qua vivunt, moribusq; subditorum, & solenni isti regulæ universali: Salus reipublicæ suprema lex esto! ex asse conveniat. Pro ut itaque vel consuetudo longo rerum usu introducta, vel natura & indole subditorum, vel alia quædam circumstantia id exigit, ita quoque leges circa administrationem & usurpationem bonorum subditis sunt definiendæ.

*Auctor
iuris hu-
jus quili-
bet magi-
stratus.*

VII. Hæc autem potestas statuendi de jure vestiario, non tantum Imperator, ac statibus in Imperio nostro, sive conjunctim in comitiis, sive separatim in suo cuique territorio, sed & municipalibus civitatibus, quibus jus est statuta condendi hæctenus in subditos suos *arg. l. fin. ff. de Jurisdic.* competere videtur, quatenus Juripublico ac communi non manifeste fiat præjudicium. Ita enim superioris confirmatio accedat, necesse est, aut & consensus eorum, qui personali quodam privilegio vestitus prærogativam habent. Quare statutis municipiorum, Doctorem domicilium ibi habentem non ligari

gari ad imminuendum vestiendi privilegium Jurepublico concessum, Camera Spirensis aliquando judicavit *Limn. de J. Publ. lib. VIII. c. 8. n. 170.* Nec Studiosus, qui studiorum causâ in aliqua civitate, in qua est studium generale, moratur, lege vestiaria istius civitatis tenetur, est enim sub jurisdictione Magnifici Dn. Rectoris, ut *auth. habitâ ibique Doctores l. 2. c. de incol. coram quo etiam convenitur. auth. vestes. habita. C. ne filius pro patr. vid. Magn. Dn. Præses S. J. C. Ex. 9. th. 25. 38. 59.* Nihilominus tamen etiam studiosis, quibus cæteroquin & honestus & mundus vestitus maximè convenit, de quo Frid. Taubman in *Hercul. Academ.* Vestium aliquis modus in Academiis poni potest, probantque Illustris hujus Academiae statuta: p. 6. Auch ordnen und wollen wir / daß sich alle Studenten und Glieder der Universität / in Kleidungen und aufferlichen Wandel mässig / eingezoget und züchtig halten / und hirtinnen alle Ungehalt und Mißstand / sonderlich die Bloderhosen und gar kurze Kleider meiden / wie sich dann ihren Standt nach gebühret. De habitu & vestitu Scholarium in Gallia, loquitur Codex Henrici IV. *lib. II. tit. 3. constit. II. § 14. Defendons (habet prior) à tous regens, pedagogues, escoliers, de porter dedans les colleges chappeaux, reistres, & manteaux sans manches. Et leur enjoignons, qu'ils ayent les manches de leurs dits manteaux & reistres vestus sur peine de confiscation desdits chappeaux, reistres & manteaux & d' amende arbitraire pour la premiere fois & de prison pour la seconde.* Altera. Les principaux des Colleges ne laisseront entrer en leur Colleges aucuns estudiants, soyent regens pedagogues, discipules ou leur serviteurs, avec reistres ne chappeaux. Pestis certè efficacissima studiosis luxuria vestium vid. Coccialup. *de mod. stud. docum. 4. Rebuff. quoque privit. 94. p. 277.* Si scholaris brevem vestem deferat, brevem sensum præsumit; si pennam in pileo, levem; si vestes gravet & gravibus personis & sapientibus convenientes, semisapientem; si politas nimium Venereum; si immundas, coquum seu culinæ insidentem frequenter seu suo studio insistentem. Quæ tamen præsumptio quin modica dici queat, nullus dubito. Senec. ad Lucill. *lib. 2. epist. 47.* ita scribit: Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac frænos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, qua vestis modo circumdata est, æstimat. Non enim vestitus per se, citra intentionem gerentis,

quæ

quæ tamen plerumque inde arguitur, vel animi humilitatem, vel fastum indicat vel tegit: cum non solum sapientia sed scepius etiam ambitio sub sordido pallio lateat, ut vere scripsit rei literariæ dictator ille per illustris Dn. Philipp. Camerar. cent. 2. horar. subcisiv. c. 39. p. 170. & ex eo Limn. de Jur. Publ. lib. 8. c. 6. n. 76. & seqq. ubi & n. 28. enodat hanc quæstionem: An Studiosus citra reprehensionis justæ notam possint nutrire comam?

Obligat etiam peregrinum.

IIX. Quæritur porro: An advena vel forensis teneatur lege vestiaria, si ad tempus ibi commorari velit? Affirmatur, quia, qui Romæ vivere vult, secundum mores Romanorum vivat, necesse est. Nec obstat, quod statuta non possint ultra locum vim habere arg. l. fin. ff. de Jurid. Concedimus enim, statuta non operari ultra territorium, tamen non negandum puto, statuta & illud operari, ut ibi commorans, ubi tale statutum est, se gerat secundum illud statutum. Magn. Dn. Præs. S. J. C. Ex. 32. th. 15. quemadmodum nonnullarum aularum gentiumque mos fert, ne quidem exterorum legatos alio quam gentilitio (ejus populi ad quem missi sunt) vestitu ad audientiam admittere. De Judæis rem satis constare puto, quod scilicet discreto vestitu utantur, arg. l. 15. §. 27. & l. 39. ff. de injur. l. min. 4. ubi Bl. Castrenf. & DD. C. de episc. audient. text. inc. in nonnullis. 15. de Judæ. Mascard. concl. 264. n. 6. vol. 1. & signa aperta portent, ut Francofurti, per quæ à Christianis dignoscantur. Sneidevv. ad rubr. de success. ab intest. n. 12. Decian. d. l. c. 12. n. 16. & in specie quidem pileo rubro, ut in Italiâ, puta Romæ, Ferrariæ &c. clavò seu annulo flavò ab aliis discriminentur. Ord. Polit. de Anno 1530.

De regula hujus juris.

XI. Quod si itaque regulam, secundum quam usus vestimentorum in Republica adornandus est, scire expetis, unam illam damus, quæ dicitur prudentia Imperantis. Cum enim infinitæ hic oblineant, frequenter circumstantiæ, quæ cras illud prorsus prohibeant, quod fieri præceptum & permillum impune erat, operæ pretium nemo facturum est, qui omni ope & industria annis fuerit, ut certa quædam præcepta & specialia quædam axiomata, cui moralitas vestibus attemperetur, instruxerit. Laudemus itaq; istum præcipue morem, quando leges vestiariæ non lapidibus & æri, sed chartæ tantum & membranis inscribuntur, ut deleri vicissim & ob literari pro exigente Reipublicæ usu, possint.

X. Quic-



X. Quicquam jam dictum est de regula, cui convenienter usus vestimentorum adhibendus sit, idem quoque de actibus ipsis hujus juris, quibus quid justum injustumve debeat esse circa vestes à magistratu disponitur. Variant enim isti actus æquè ac homines & vestimenta hominum. Neque hic quæ convenit vestis, alteri statim quoque decori est: neque hodie quæ geritur vestis, cras eandem servat honestatem. Numeratur quidém gestatio vestitus inter eas res, quæ ex se & sua natura sunt indifferentes: Sed à Moralistis assertum jam abunde est, non dari actus quosdam in particulari & in dividuo indifferentes, sed induere eos necessario aliquem moralitatem ex eo, quod, si fiant ab homine, fiunt vel rationi humanæ convenienter vel disconvenienter, Si prius erunt honesti, sin posterius vetiti. Quapropter integrum minimè est, cuilibet quamlibet vestitus rationem sibi eligere, sed consuetudo maximè observanda rationabilis, & quid recta ratio pro re nata & circumstantiarum vanitate præcipiat, dispiciendum sedulò est.

De actibus hujus juris.

XI. Ut verò hac in materia amplissima & diffusissima certæ quædam classes observari queant, varietatem vestimentorum pro varietate causarum, paulò plenius considerabimus, & quid juris circa quælibet observanda sit, subinde adjiciemus.

Dividitur jus.

SECTIO. II.

De eo quod Justum est circa vestimenta, ex parte causæ efficientis.

I.

Diximus paulò antè, variare vestes pro varietate causarum, & consequenter quoque id quod justum est circa eas. Necessum itaque est, ut primo loco consideremus id, quod justum est ex parte causæ efficientis.

Ratione cause efficientis.

II. Ex parte autem causæ efficientis, variant vestimenta pro varietate illorum, qui gestant ea, qui autem sunt vel personæ Majestaticæ, vel personæ civiles.

Variat jus ratione personarum.

III. Personæ Majestaticæ nulla lege tenentur vestiaria, nisi quam honestas, pietas, morum rectitudo & Reipublicæ, cui præ-

Personæ sunt vel

B



Majestatica vel Civiles.

10.
sunt gubernandæ utilitas exigit. Ipsi enim illi, qui majestatem habent, nulli sunt ex hominum numero superiori subjecti, adeoque à nullo quid justum sit circa vestimenta, expectant; nulliusque indignationem & iram propterea extimescunt. Nisi forte an aliquando, exigente gentium jure in aliorum Regum ac principum ignominiam vestes gestare prohibeantur. Singulæ enim nationes peculiare vestimenti genus eligunt, quod alius quisquam populus in earum ludibrium convertere, non nisi, fracta Gentium communi vinculo potest.

Majestatica personæ non obligantur.

IV. Quapropter Imperatori, Electoribus ac principibus imperii, præterquam quod inter electionum coronationumque solennitates, ordinationi aureæ Bullæ, circa elegantiam atque electi vestitum honos suus habetur, nulla lex circa libertatem vestiendi dicta. Nonnunquam tamen in celebratione solennium curiarum & splendidioribus comitiis principes vestitu distinctos lego. Ita Limn. ad lib. 4. Jur. publ. c. 7. n. 23. vix alia comitia reperiri, quæ investituram solennium frequentia notat æquare videantur illa, quæ tempore Maximiliani I. Wormatiæ Anno. 1594. habita fuerunt. In illis enim electores sex & plures ex principum numero investitos lego: & quo actus esset augustior, Maximil. I. singulis principum ordinibus certum & distinctum vestitum præscripsisse, eosque illo usos acta comitorum docent. Ein Herzoglich Kleide war ein rother atlaser Mantel / durch ab bis auff den Fuß zu einer Seiten offen / mit Lassaß unterfutter und oben daran ein überaelegt Goller von Lassaß / bis auf die Achsel: und unter demselben Mantel ein rother Rock nach gefallen / der auch an der Seiten da der Mantel offen / gezieret nach Belieben. Item, auf dem Haupt ein rother atlaser Herzog Hut mit Lassaß überstulpet / einer zweren Hand breidt. Der Landgrafen Kleide war ein brauner Damascaner Mantel / durchaus bis auf den Fuß zu einer Seiten offen / gefuttert von grauen Feh / und mit einer umgelegten Goller von grauen Feh / bis auf die Achsel: der Hut von braunen Damast / vorn mit einem fehen Aufschlag / wie die mardern Hauben gemeiniglich / getragen werden. Der Marggrafen Kleidung war ein brauner Damascaner Mantel / in der Länge / wie ist gesagt / mit Bundwerck / Fehewannen genandt / gefuttert / mit einem Goller oder Überschlag / des selbigen Bundwercks / bis auf die Achsel:

Achsel: der Hutt auch von braunen Damast/dessen Übersschlag form von Bundwerck. Der Erzbischoffliche Habit war ein langer Mantel von Rosen Farben/von beyden Seiten offen/ mit Lassaß gefuttert und einer Kappen auf der Achsel/als dann dergleichen Praelaten zu tragen pflegen/und die zu gehören auch mit Lassaß gefuttert. Die Bischöffe/so fürstlich Landt und Leute: als Bamberg/Würzburg/etc. trugen lange braune Röcke mit grauen Sehe gefuttert/und ein Kappen umb den Hals auch mit grauen Sehe gefuttert. Die gemeine Bischöffe/trugen braune Röcke/von Bundwerck oder Fehewannen gefuttert/wie auch die Kappen. De vestitu Electorum nihil hic constitutum reperio, cujus causa sine dubio illa est, quia jamdudum certus erat. Est autem Electorum Ecclesiasticorum vestitus in solemnibus curia, toga ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo & nigro variegatis, quas hermelinas vocant, suffulta & prætexta, pileus quoque ex ejusdem coloris panno pellibusque variegatis prætextus. Electorum secularium vestitus in solempni curia, est paludamentum holosericum rubrum, pellibus hermelinis suffultum & prætextum, pileusque ejusdem materiae, coloris ac prætexturae. Reliquis ordinibus quis κατὰ τὸν καιρὸν modus positus, ipsa Reformatio Politica Imperii de Anno 1577. tit. 3. & seqq. Sigillatim enarrat, indulgentior subinde in ornatu (fortassis haud æquè in sumtu vid. Arist. 2. Polit. 7. Stobæ. serm. 83.) mulierum, quod nec ratione caret & à Romanis quoque olim toleratum. l. 1. 2. C. de Vest. b. holob. Valer. Max. 11. c. 1.

V. Personæ civiles sunt vel Clerici, vel Laici. Clericis in *Civiles*
 V. T. Deus ipse præscripsit mediante legibus, quo *autem.*
 vestitus genere & forma uterentur, qua de re ex instituto auctores, qui Theocratiam Judaicam interpretati sunt. Novi autem Testamenti sacerdotes, Episcopi & Concionatores alii, utuntur vestitus genere eo, quod vel loci consuetudo, vel magistratus arbitrium ordinat. Qui autem certis cujusdam societatis regulis se astrinxerunt, prout in Ecclesia Romano-Catholica hoc fit frequentissimè, certâ quadam vestimentorum formâ ab aliis ordinibus, fratribus & presbyteris distinguuntur. Omnes verò Pontificum ordines hîc recensere, & Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Sacerdotum & aliorum patrum fratrumque leges revîsere, immensi foret laboris. Et, quod putamus, non defuerunt jam olim, qui glaciem nobis hic fregerunt.

runt. Hoc certum est, quod successu temporis in Christiano Imperio obtinuerit distinctior clericorum ac secularium habitus. Illorum, quibus in genere injunctum, per decentiam vestitus morum internam honestatem ostendere. Clem. 2. *de vita & honest. cleric. Recess. August. de Anno 1500. Rubric. von Überflüssigkeit der Kleider* ratione dignitatis aut ordinum sacrorum, multiplex in Romana Ecclesia præcipuè conspicuus, inde purpura Cardinalium, pallia Episcopalia, pontificalia, albæ, ciliciæ, sandalia, chirothecæ, cæteraque plura, de quibus videre licet *Tholos. Jur. univ. lib. 15. c. 12. n. 41.* Ludovicus Pius Francorum Rex & Imperat. Aug. jam tum *Anno Christi 830. sui Imperii. 16.* Synodum habuit, in qua varietates vestium luxusque gemmarum, auri & argenti nimia pompa Ecclesiasticis interdicta.

*Taxatur
promiscuus
usus.*

VI. Horum æquè pro gradu dignitatum varius quem apud Romanos etiã in ipsis mancipiis studiosè custoditum apparet *ex l. 15. §. 2. ff. de usufruct. junct. l. 40. l. 25. ff. de pecul.* ubi id vestimentum Pompon. peculii esse vult, quod ita dederit Dominus, ut eo vestitu servum perpetuò uti vellet: eoque nomine ei traderet, ne quis alius eo uteretur: idque ab eo ejus usus gratia custodiretur, vestimentum verò quod servo Dominus ita dedit utendum, ut non semper sed ad certum usum, certis temporibus eo uteretur: veluti cum sequeretur eum, si cœnanti ministrabit: id vestimentum non esse peculii. Et ut invalescens semel luxuria sibi haud facillè ponit modum, vide in simili *l. 7. §. 1. ff. de suppell. legat.* Henr. Salmuth ad *Guid. Panciroll. part. 1. tit. 4.4.* æmulationes & excessus inde creberima malorum querelarumque in republica causa fuere: *Reform. Polit. de Anno 1577. tit. 9.* *Daß die Kostligkeit der Kleidunge durchaus also unmäßiglich gebraucht, daß unter den Fürsten und Graffen/ Graffen und Edelmänn, Edelmänn und Bürger/ Bürger und Bauersmann kein Unterscheid kan erkandt werden.*

*In Laicis
variat jus.*

VII. Laici sunt in dignitate civili constituti, vel extra dignitatem & plebeji homines. Illi, qui aliquo funguntur officio publico, honestius longè ut se vestiant, quam quilibet ex fœce vulgi, æquitas ipsa exigit. Nam in universum hic notari meretur, quo majori indignatione quemque haberi conveniat in republica, eò magis hunc externo etiam splendore cultuque exornandum videri. vid. *Lipsi. 4. Polit. cap. 11.* *Habitus etenim pompa & cultus externus majestati venerabi-*

nerabilem non solum addit reverentiam, ut apparet ex. v. ut *Apostolice. 6. de privileg. in. 6.* Sed & apud vulgum maximam gignit auctoritatem juxta illud:

Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant,
i. e. Das Kleid macht einen Mann / wers hat der zieh' es an. Quod perinde & matronis ac familia primorum valet. Sic *Plin. Epist. 32. lib. 6.* cui ratio civilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit: debet secundum conditionem mariti veste, comitatu augeri; quibus quidem non augetur dignitas, ornatur tamen & instruitur. Et vestiri in foro honestè Mos erat, domi quod satis erat, inquit *Cato apud Gellium Lib. II. c. 2.* debet verò magnificentiam quanto potest opere comitari magnificentia, quod illud *Symmachi nobis suggerit: scis enim pro Tua sapientia, magnæ urbis magistratibus angustos, Animos non convenire.* Hoc etiam *Tullius præcepit, luxum in privatis negotiis arguens, in publicis magnificentiam probans. lib. 4. Epist. 60.* Magnifica vestis *Salomonis Matth. 6. v. 29.* à Servatore nostro non vituperatur (*add rot titulo C. de vestib. holl.*) Qui mollibus vestibus vestiuntur, in Domibus regum sunt, ait *Euangelista Luc. 7.* hinc vix est, ut simplicem *Caroli Magni incessum in Imperio hodierno probem, licet tum temporis (ut Lehman. l. 2. c. 37. chron. Spir. notat) haud improbatum.* Imperatorem enim carro insidentem & duobus tauris vectum, pedibus comitati sunt principes, & alibi: daß *Carol. Magn. in seiner grössesten Herrigkeit zu Fuß gangen/und in Kleidung sich sehr schlegel getragen habe.* Laudo itaque *Augustissimi Imperatoris nostri Leopoldi magnificentiam & Pompam, dum Imperatricem Margaretham Theresiam, Philip. IV. regis Hispaniæ filiam, Viennæ in thalamum introduceret splendidissime explicatam, ut aliquibus visum fuerit, præcipue partes Europæ divitias & clenodia sua in gemmis, auro, argento, pretiosis pannis, Sammitra, serico, scharlacâ, pavonum plumis, ardearum fasciculis &c. propè Viennam tum ostentasse. Et si non alia, saltem plebis causa faciendum putarem, quæ ex his ferme metitur æstimationem hominum. Nam*

Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus

Creditur à mille, quamvis idiota sit ille.

Ut habet vulgare diciturium *Caspari Bruschio tenuis poetæ Basiliensis*

B. 3.

expe-

experientia, ut nota est historia, comprobatum. Et est ea decipere
volentibus tuta ac frequens via, per vestitus splendorem, dignitatum,
opum fori fidem ementiri.

Purpura vendit


Causidicum vendunt amethistina,

inquit Satyricus: ea vafania Cepum olim ex familiarum caudata-
rum genere, inter Ægyptiarum numina à Babyloniis circa Memphim
cultum, refert Strabo *lib. 17.* nulla alia de causa, nisi quod pellem
variis coloribus pictam haberet.

*Imperan-
tes decet
vestitus
splendidus.*

VIII. Quo verò magis pro ingenio suo atque inuito regio-
num more, his in anibus plebs dedita reperiatur, eo augustio-
ri cultu tuenda magistratum dignitas, quemadmodum fœderati
Belgæ suum in orientali India Governatorem, quem in Javæ ma-
joris civitate, nova Batavia dicta, collocarunt, plus quam regia
Pompa sustentare feruntur. Sumtuosissimus non pridem legati
Imperatoris, Dn. Gualtheri Comitis Leslei ad portam Ottoman-
nicam discessus, qui aurea toga indutus, sub qua aliam argenteam
gerebat incessit: Ferunt solam Moraviam ad hanc legationem
Osmanicam 40000 floren. contribuiffe: unde facile constat, ad
Cæsaream magnificentiam in Turcica aula sustentandam & illud
spectare.

*Non for-
didus.*

IX. Indignationem in Verrem, etiam hinc movet disertissi-
mus advocatorum Verrino. X. quod is, summum quem gerebat
magistratum, levi ad peregrino vestitu de honestas set: stetit, inquit,
soleatus Prætor populi Romani, cum palleo purpureo tunicaque
talarum, muliercula nixus in littore. Jam hoc istum vestitu Siculi
civesque Romani per multi sæpè viderunt: alibi idem in gregem
Catilinæ invehens, quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut
barbatos videtis, manicatis & talaribus ac strictis tunicis amictos,
non togis; quemadmodum nec solacismum istum in Catone, quod
Prætor renunciatus jus diceret, indutus abjectis & laceris vesti-
bus, sine calceis item & tunica in forum procederet, populus Ro-
manus ferre potuit. Unde scitè Balsatius *es lettres familiares à M.*
CHAPELAIN Liv. 3. Lettre XXIX jusques icya singularité m' a si
fort de plu, que bien que je revere le dernier Caton, je ne puis luy scuf-
frir dans la politesse de Rome, ni ses mains crasseuses, ni sa robe sa-
le 

le & déchirée, ni ses cheveux mal peignés. Quod idem hodie, discinctis magistratibus imminet: Si enim rex coronâ redimitus, sceptrumque tenens, gossipio amictus appareret, ludibrio atque contemptui esset. Quemadmoeum Ludovicus, XI. Galliarum Rex, qui abjectè ac sordidè, infra regiam majestatem vestiebatur pileo præpingui, imagunculis plumbeis & cochleis, squalenti vesteque laneâ, vilissimi pretii ac tetrici coloris utens (imò in publicis rationibus duo extant capita, quorum altero 20. assas expensâ feruntur, ut thoraci regio brachialia nova consuerentur: altero denarii. 15. pro axungia, ocreis regiis inungendis, ut scribit Cominæ. *lib. 3.* Joân Gebhard. in den Fürstlichen Tischreden. *lib. 3.*) c. 30. : non ob aliam causam Hispanis ludibrio fuit, quam quod vili panno, coloris impluviati indutus esset. Quod ipse cum rescivit, nulli postea principi, imò ne legatis quidem copiam sui fecit, nisi cultu decoro & habili ad Regiam Majestatem: non enim eadem decora principibus viris, quæ modicis domibus aut cibitatibus. Tacit *lib. 3. ann. c. 6.* diversa principum fors est, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Idem *lib. 4. ann. cap. 46.*

Non eadem vulgusq; decent & culmina Regum.

X. Inter Laicos eximie cujusdam dignitatis, numerantur *De vesti-*
Doctores, etiam si officio cuidam publico non præsent; quapropter *tu Docto-*
Doctores (præsertim Icti, cum dicantur nobiles *in l. 2. §. fin. ff. de rum.*
excus. tutor. nobilissimi l. 7. C. de postul. l. 4. §. fin. ff. de excus. tu-
tor. egregii & illustres in l. 2. §. fin. ff. qui pet. tut. l. 2. §. 9. C. de vet.
jur. enucl. & doctoratus nobilis & egregia dignitas. Guido Papæ,
decis. 88. n. 3. Cavalcan. lib. 1. decis. 41. n. 5. Farinac. l. 1. cons. crim. 94.
n. 5. Unde Dn. Nolden in synopt. tract. de stat. nobil. civili cap. 5. n. 150.
putat, injuriam commissam contra Doctorem effici graviorem, &
puniri lege Julia de vi publica, idem tradunt Guido Papæ *decis.*
88. n. 5. & Hier. à Laurent. decis. Avenion. 58. n. 4.) in vestium jure
cum equitibus componi, nudis autem nobilibus præferri ex Re-
cess. Imp. *de Anno 1500 Rubr. Von über süssigkeit der Kleider* haud
ignotum, quo privilegio eosdem in sequentibus Imperii Refor-
mationibus de Anno. 1530. 1547. 1577. tantum ab est ut exutos cre-
dam, ut in eo haud obscure confirmatos putem. Ex his enim
Imperatorum, regum, principum legati, consiliarii que, quibus ex-
terno

terno etiam cultu axioma suum tueri convenit, idque assessoribus Camerae Spirensis nominatim injunctum. *Ord. Cam. p. 1. tit. 8* Verum nulla cum dignitatis jactura admittent Theologiae Doctores, secularem seu equestrem sibi habitum & gladii praecincturam abjudicari *arg. 6. Reform. de Anno 1577.* Wir sehen/ordnen und wollen vid. Zigleri *Episcop. Miles.* Uxores horum, imprimis apud protestantes, fortasse nolint secum *ex l. 8. ff. de Senat.* per extensivam interpretationem etiam quoad vestimenta agi. Hic quasi transeundo attingere placet, cur Theologis in actu Doctorali imponatur niger pileus, ICTis verò rubeus, qui color aureus & regius appellatur? Dn. Cothman. *Resp. Acad. 44. n. 28. & seqq.* Jacobus Middend. *lib. 4. de Academ. p. 37. edit. prior.* putant propterea, quod scil. Theologi mundo mortui, coelestia confectentur: ICTi verò quod regibus affideant.

Rabularum.

XI. Coeterum, ut his occurramus quorundam calumniis & sarcasmis (ut Dn. Jacob. Crus. *de prooem. sess. c. 32. n. 45.* ait) dicimus praedicta omnia, quae ad asserendam Doctorum juris praeminentiam, hactenus in medium attulimus, nos exaudire de ICTis & Doctoribus, qui praclaris ingenii atque judicii dotibus conspicui ac eruditione insigni praediti, condignè tantam dignitatem gerere ac tueri possunt, sive illi ipsi sint consiliarii Imperatoris & principum, sive Professores in Academiis, sive industrii causarum patroni. Quis igitur non videt, excludere nos hic Rabulas forenses, quos Apulejus non in eleganter Vultures togatos dixit; homines illos, non modo insulos & à Minerva alienos (nobis per contemptum *teutsche Advocaten/Zungendröschel*) verum à rabie non maledictos rabulas, quorum studium caninum vocat Columella. *lib. 1.*

Mulierum.

XII. Coeterum ex parte causae efficientis, seu illius qui vestimenta gerit spectatum jus vestiarius complectitur quoque mulieres; de quibus oppidò constat, quod coruscent radiis maritorum. *l. 8. ff. de Senat. l. mulieres. 13. C. de dignit. lib. 12. h. e.* jure vestiendi eorum cum indulgentiori etiam ornatu, de quo supra meminimus, utuntur quoniam duo sint in carne una. *C. debitum Ex. de bigam. can. admonere. 33. quest. 2.* sociique Divini & humani juris dicuntur. *l. adversus 4. C. de crim. expelat. heredit. lib. 9. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 1. ff. rer. amotar. l. 1. §. 15. ff. ad Sen. Syllan.* hinc indignum lex aestimavit, Marito

rito in altissimo dignitatis gradu constituto, uxoris dignitatem pariter non concrefcere. *l. si libertam. 28. C. de nupt. lib. 5.* præfertim, cum nihil tam humanum sit, quam fortuitis casibus prosperis vel adversis conjugis participem conjugem fieri *l. si cum dotem 22. §. 7. ff. solut. matr. Wesenb. cons. 43. n. 148.* Unde nobilis plebejo nubens, non jure utitur nobilium habitu.

XIII. Non possumus autem hic præterire quæstionem illam, quid sentiendum sit de illis, qui promiscui sexus gerunt vestimenta. Sanè jus Theocraticum *Deut. 22. vers. 5.* sub abominatione divinâ, interdicit vestimenta alterius quam sui sexus à quocunque gestari: Concilium Gangrense sub anathemate prohibuit, ne mulier virilibus utatur vestimentis *d. c. 6. dist. 30.* quemadmodum & muliebribus vir haud facilè uti potest sine vituperatione ipso jure Romano *l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. leg. idem & Tiberius disertim inhibuerat promiscuas viris & fœminis apud Romanos indignans Tacit. 1. Ann. c. 53. 3. 536. Annal. 33.* & consentiens moratorum gentium judicium improbat. vid. *Gell. VII. Noct. Att. 12. Quintil. lib. 1. Inst. orat. c. 1. Henr. Salmuth. ad lib. 1. Panciroll. tit. 45. p. 408.* Quanquam communia utriusque sexus vestimenta, ipsum jus naturæ per modum necessarij interdicti haud adeò abhorreere videatur, malum enim per se & sua natura dici nequit, sicut furtum, sed quia est de numero earum actionum, quæ facilè deformitatem seu inordinationem quandam important. *Dian. tom. 7. tract. 5. resol. 13.* De majoribus nostris Tacitus *de morib. German. c. 17. 2.* nec alius fœminis quam viris habitus. vid. *Bernegg. miscell. quest. super Tacit. de morib. German. quest. LXXXIX. Camer. cent 2. c. 39. & 41. & cent. 3. c. 76.* Alium à natura sui sexum qui foris mentitur, extra theatralem libertatem, quæ tamen adductissimè gubernanda est in civitate, aut necessitatem rerum ac temporum (nam & sic Socratici illius auditoris factum apud *Gelli. VII. 10.* videtur quodam modo excusari posse) suspicionum haud levium argumenta de se præbet: lib. dinum inde ac clandestinorum aliorumque facinorum, quæ magis cognita quam explicari oporteat, crebro compertæ occasiones insidiarumque tegumenta: qui enim malè agit, odit lucem, agnoscique non vult & mentitur sæpè & faciem & sexum, ut solent fures luxuriæ dediti

*Alieni se-
xus.*

C

Qui



Qui curiosi simulant & bachanalia vivunt.

Juven. Satyri 2. Et hoc non tantum falsi, Zahn. de Mendac. lib. II. c. 47. n. 2. sed & arbitrariis poenis aliis locum facit. Et licet mulierem privet beneficio S. C. t. Vellejani arg. l. 18. C. ad S. C. t. Vellej. tamen testamentum, cui mulier virili vestitu larvata tempore faciendi testamenti vir existimabatur, ex liberalitate Imperatoris valere non dubito arg. §. sed cum aliquis. 7. Inst. de testam. ordin. l. 3. ff. de Offic. Prætor. l. 1. C. de testam. Si modo omnes testes mulieres non fuerint arg. d. §. ubi Imperator singulari non plurari numero usus fuit. Joan Fab. & ex eo Dn. Bacchov. ad h. §. 7.

comico-
rum

XIV. An autem nec in scenis fas est, maribus indui muliebri vestitu? Ita sanè putat Wissenb. arg. divini illius interdicti omnes scenicos ludos in damnatis habens ad l. 127. ff. de V. S. ubi non me fugit, inquit, quid respondeat Albericus Gentilis, Professor quondam Oxoniensis in disp. de Actor. & spectatorib. fabul. non notandis. c. 4. nempe interdictum esse maribus vestium muliebrum usu, scilicet longo, ordinario quique sit ex instituto, non etiam usu scenico momentaneo. Hisce cavillationibus Dei legem te eludere putas? Quis te docuit loco & personis vitia distingui. Verum quod pace tanti viri fiat, quarimus an ea lex divina moralis fuerit an merè positiva? Si posterius verum, ut censemus, haud adeo damnabilis est Gentilis sententia. Sanè tamen constitutiones Ecclesiasticæ larvas has explodunt. c. cum decorem. de vita & hon. cleric. ap. Gregor. tit. de Spectac. in Eccles. non faciend. in pragmat. sanct. ex Concil. Basiliensi. Negantque sacram communionem histrionibus & qui hanc larvatam exercent imitationem. c. pro dilectione & ca. scenicis. de consecrat. dist. 2. habitæque sunt turpes & infames eorum personæ. l. 2. §. ait prætor. 5. ff. de his qui not. infam. c. 1. 4. quest. 1. c. 1. 51. dist. & quæ exheredari ab honestis parentibus possint §. causas ut cum de appellat. cog. in anth. vid. Greg. Tholos. Jur. univ. lib. 39. c. II. n. 5. & seqq.

Velami-
num v. g.
Masque

XV. Non omitteremus proinde hic illud, utrum fœminis benè conveniat velamina facierum, vulgò MASQVE, prout in Europa, imprimis Gallia, passim usitatum gestare? Respondemus equidem, si hoc ad propulsandam aëris, pulveris, tempestatum injuriam, si ad conservationem honesti nitoris, si medicandi necessitate, maximè verò continentix studio, nec delicata quadam affectione, ut videant & non videantur,

deantur, aut ad fallendum maritum vel quemcunque alium fiat. Civilitatis alicubi pars est hodie apud istum sexum, salutantibus in signum gratiæ retegendo faciem respondere.

XVI. Pertinet huc, si quis alterius ordinis, v. g. clericalem vel monasticum habitum petulanter vel dolosè sibi sumat; id ne à secularibus ullo modo & ne quidem in theatro fieret, severè interdixit Imperat. in *Novell. 123. c. ult. junct. l. 4. C. de episc. aud.* contra clericis, ut suum sibi habitum tanquam sanctimonix & dignitatis suæ characterem servent, nec seculari temerè utantur alibi præceptum *Clement. 2. de vit. & honest. cleric. junct. c. 5. dist. 41. c. sanctimoniales. 13. dist. can. vidua. 20. quest. 1.* Quod ex his poterat notari iis, qui ut non nemo ex antiquis Doctoribus loquitur, conscientiam suam in caputio portant & deposita tunica clericali se μεταμορφωμένους credunt inque secularis licentiæ jura restitutos, haud citra scandalum. Notanter verò hic addimus, temerè vel petulanter, non negamus enim, id tempore necessitatis licitum esse, cum vestis usurpatio habeat usus naturales, omnisque vestis calori, frigori & elegantix corporis servire potest, nec res aut vestis natura sua est instituta ad significandum, sed voces: differunt enim signa rerum à signis vocum in hoc, quod voces natura sua sint institutæ ad significandam rem ut concipitur à loquente, unde dare signum vocale ordinis alterius seu conditionis, esset simulatio vitiosa, res autè natura sua non sunt institutæ ad significandum, unde possumus illis uti independenter ab ea significatione, & planè per accidens est, hanc vel illam vestem usurpari ad illum cultum neque adimit significationem naturalem aut politicam. Hinc ex communi omnium gentium consuetudine licitum esse putarem, exploratores hostium signo & vestibus uti, ut eo melius castra explorent, quemadmodum Ahabum fecisse *lib. 2. Cron. cap. 18. v. 29.* refert. Usurpatio enim vestis, juxta communem consuetudinem non significat determinatè professionem hujus vel illius militiæ, cum commune sit hostes indui suorum hostium vestibus, vel ut eos capiant vel ut fugiant, verba sunt *Dian. tract. V. resol. 72. Tom. 7.*

XVII. In lege quoque Langobardorum metamorphosis vestimenta injurias plectabatur. Si enim in *l. fin. de eo. cui. in via lib. 1. leg. Langob.* scriptum (Si quis homini libero injustè injuriam fecerit, i. e. Gualapur 80. solidos ei componat) Gualapur dicunt, dum si-

Promiscuus
Cleric.
& Laic.
vestitus.

Citatur
lex Lan-
gobardo-
rum
bi

Si quis furtivum vestimentum induxerit, aut sibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit: Gallis (quibus hoc familiare) hi masque seu Momos. Si quis alienam vestem in gerentis contemptum imitetur, si veste lugubri, squalida, aliove lugentium vel reorum habitu ad invidiam alicujus utatur, injuriam tenetur. l. 15. §. 27. l. 39. ff. de injuria senec. X. contr. 1. Hinc mulierem damnatam esse capitis sub domitiano, quod ante statuâ principis vestes exuisset, teste Xilino.

De scissione vestium.

XVIII. Scissio ac laceratio vestium, vel mœroris vel indignationis argumentum erat apud Judæos. vid. Matth. 26. v. 65. Marc. 14. v. 63. 2. Samuel. 2. v. 11. & 2. Samuel 3. v. 31. haud jure tamen Pontifici maximo permitta. P. Cunæus de republ. Ebraeor. lib. 11. c. 3. sed & pœnitentiæ signum fuisse constat, quo cum passim abuterentur, Propheta: non discindite vestimenta, inquit, sed corda. vid. Petr. Faber. 2. Semest. 10. Suppliciis addictorum vestimenta propè executionem violenter apud Romanos scissa, notarunt alii vid. Sueton. in vit. Vitellii c. 2. Mos iste nec hodie ignoratus, solent enim & calcei maleficis in articulo executionis exui, quo fine, mihi haud satis liquet.

Vestitus qualitatē hominis indicat.

XIX. Quia talis quisque qualem eum habitus demonstrat, præsumitur. e. si Judex. v. idem de sentent. excommun. in 6. & vestimentorum signa personæ qualitatem significant. l. item apud 15. §. si quis 15. ff. de injur. l. speciosas 100. ff. de V. S. ubi Cœpoll. Bræch. Mascard. de probar. concl. 1069. n. 4. (quemadmodum enim per folia arbores & per frondes herbæ cognoscuntur, ita vestimenta & habitus demonstrant & manifestant cujusque personam & qualitatem. Ita dicimus stigmata militem, habitum clericum, stolam sacerdotem, quæ propria eorum signa, significare. Bald. in l. d. directis. C. de testam. manu) consequens est clericum Laico, nobilem rusticano habitu repertum, si ab ignorante injuria fuerit affectus, ultrâ conditionem, quam vestitus præferebat, æstimare injuriam vel prosequi pœnam haud posse, arg. l. 203. ff. de Reg. Jur. quo nec Vassallo Dominum hominibus nauci censociatum. per ignorantiam verberanti, feudum abjudicare Doctores audeant. Ita nec sapiens morionum habitu indutus, si lædatur, injuriam vindicare potest ut Sapiens, nam illis singularis vestitus additur, partim, ut cogno-

noscantur, partim ut ab injuria aliorum & obligatione sanorum habeantur immunes. Sic si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, quamquam revera injuriarum teneatur, ut Dn. Echolt. *ad tit. ff. de injuri. §. 3.* tradit, minus tamen peccare videtur. *l. 15. §. 15. ff. de injur.* non enim contemnit pudicitiae leges qui eam quam impudicam ex habitu credebat, vel certè pudicam probabiliter ignorabat, compellaverit, quandoquidem, ut diximus, qualis quisque extrinsecus videtur, talis judicari potest. *l. 50 ff. locat.* Hinc colligunt, matronam meretricia veste indutam, sibi imputare debere si ut ancilla vel meretrix impudicè attentetur. *arg. l. 21. prin. ff. quod met. caus.* Imò justì erroris excusatione crimen posse deprecari, qui in lupanari, cum aliena uxore fuerit deprehensus, quare nec adulterium ipsum commisisse dicerem Quintil. *lib. 7. cap. 7.* quia videtur intentionem & propositum ipsius fuisse, rem habere, non cum ligata, sed cum soluta, si enim intentione sua licet non factò ipso alieni thori violator dicitur, ut tradit. Dn. Charisius *in disp. In aug. d. For. Consc. cap. 6. n. 134.* Ita è contrario dicendum foret, illum, qui ignorans rem habuit cum alterius uxore, neutiquam formale adulterium commisisse. Hac Occasione quæritur, an planè singularis habitus meretricibus sit imponendus? Dissuadet illud Dn. Brunnem, *ad l. 4. C. de episc. audi. n. 4.* cum, quod in d. l. vestitus tantummodo Sanctimonialium denegetur meretrici, propter nimiam quantam conditionis differentiam, tum, quod alias ista sceleratum vitæ genus ipso profiteretur indumentò, forte majori periculo. Sithmannus tamen *in speculo Imper. Rom. c. 14. n. 60.* Affirmativam defendit, quæ & convenientior videtur, quia aliis etiam vestibus vetantur uti, ut & gemmis, sigillis, sericis & textis auratis uti *lib. 11. C. Theod. de scencis l. 15.* apparet: ex quo subscriptio hujus legis desumpta: quod & Tertullianus approbat *in Apologetico. c. 6. Menoch. lib. 2. arb. quest. cas. 535. n. 18.*

XX. Quæritur hic, à quo tempore infanti ex stupro procreati vestitus à patre sit præstandus? Quamquam sint, qui ex *l. nec infantis filium. C. de patr. potest.* probare conentur, trimo demum vestitum à patre deberi, sequimur tamen Coler. *in tract. de alim. l. 1. c. 6. n. 4. & seqq.* Magn. Dn. Præf. S. J. C. *Ex. 49. §. 25.* sententiam, Stupratorem scil. vestimenta, aliosve sumtus, si quos præter lactationem

tionem infans desiderat; suppeditare debere quam primum is natus fuerit, usque dum ipsemet ex operis propriis se vestire & alere possit. Nevizan. *in sylv. nupt. l. 3. v. stuprator. n. 25. sub. fin. v. intelliget semper quod &c.* Carpz. *part. crim. 2. quest. 68. n. 110.* unde & Scabini sententiis quandoque hæc verba inserere solent, *bis er sein Brodt selbsten erwerben kan. &c.* non enim stuprator melioris conditionis esse debet quam pater familias. Carpz. *l. 6. n. 106. 107.* Nec officit *c. 2. in fin. X. de convers. infidel.* ibique Glos.

*Mater alit puerum trimum trimoque minorem,
Majorem verò pascere patris erit.*

Iis enim antecedens responsio satis facit. Ad *l. II. C. de neg. gest.* Respondetur, illam loqui de alimentis præstitis, cum nos loquamur de præstandis. Hac occasione quoque subit de vestiendo monstroso inquirere, & non dubitarem monstrosum, tantum contra naturam vel contra formam generis humani externam natum, vestiendum esse ut hominem, secus si contra naturam externam & internam simul. Hermaphroditos verò vestiendos esse secundum conditionem sexus, quorum scil. sexus magis prævalet, non dubito.

*Et orpha-
norum.*

XXI. Solent in rebus publicis benè constitutis pauperes orphani, die armen weisen Kinder singulari vestitu esse induti, patria mea rubrum illis vestitum tribuit. Amstelodami ab uno latere nigrum, ab alio alium colorem, ut aliquando animadverti, gerunt. Erfurti cœruleum. Iam si quis senatoris vel honesti atque opulenti cujusvis civis Filium per contemptum ein weisen Kind / Blau- oder Rothrock intendens ad horum habitum, vocaret, indubiè injuriarum teneretur: sicut nec ille absolvendus est, qui. v. g. studiosum Theologiæ eodem animo Schwarzmantel oder Mantelstecker cognominaverit.

SECTIO III.

De eo quod justum est circa vestimenta ex parte causæ materialis.

I.

*De jure
vestium
ex parte
materie.*

VIDIMUS hætenus id, quod justum est circa vestes, ex parte causæ efficientis; sequitur ut paucis jam agamus de eo, quod justum est circa easdem ex parte causæ materialis,

II. Ma-

II. Materia autem ex qua vestes conficiuntur, est varia pro *Materia*
 varietate gentium, nam non omnis fert omnia tellus. Alia est pretiosa, *vestitus*
 alia vulgaris, sunt qui ex foliis arborum se vestiunt, uti Erasmus Fran- *variat.*
 cisci in *Stats Garre* passim memorat, sunt qui lino abestino se vestie-
 runt, vid. Panciroll. *partem primam hoc titulo*, sunt qui ex auro, pur-
 pura, serico &c. Materia vestitui apta. v. g. purpura. l. 70. §. fin. de
legat. 3. l. 1. C. que res ven. non poss. coccinea, conchyliata, jacinthi-
na, janthina, amethystina, aurea, nobis gülden Stuck / l. 1. & 2. C. de
vest. holob. lib. II. argentea, Attalica, Serica, holoserica vel subserica vel
attincta. d. l. C. de vestit. holob. bombycina, lanea, lineae, pellicea, car-
basea. l. 23. §. 1. de aur. & argent. l. fin. §. 7. ff. de publ. & vestigal.
 confecta fuerint.

III. Variè enim pro regionum ætatum indole & copia mate- *De nego-*
 riæ vestiuntur homines. d. l. 23. §. 1. & fin. l. 25. pr. ff. de aur. & arg. leg. *tiatori-*
 & quod in Republica Judaica linum lanamvè in uno vestimento mi- *bis vesti-*
 sceri, aut isthoc vestimenti genere indui nefas esset, ad ceremonialia *um.*
 spectabat, Deut. XXII. vers. II. Unde vestiarii, lintearii negotiatores
 l. 5. §. 4. ff. de instit. act. l. 45. ff. de Oper. libert. Sagaria & lintearia
 negotia l. 5. §. 1, 15. ff. de tribut. act. & l. 52. §. 4. ff. pro socio. Plura
 hujus generis conjunxit l. 7. C. de excus. mun. lib. X. negotiatores ve-
 stiarios, linteones, purpurarios & parthicarios i. e. pellium parthica-
 rum quas si negotiandi, mercandi, quæstusque faciendi causa habe-
 antur, per tex. l. 32. §. 2. ff. de us. & usufr. leg. Marpurg. vol. 4. cons.
 17. n. 113. & seq. inter species ad vestigal pertinentes, rectè Martial.
 comprehendit l. ult. §. 7. ff. de public. & vestig. unde zangæ. l. 2. & 3.
 C. Theod. de habit. quo intr. urb. negotiatores qui devotioni nostræ
 subserviunt (quorum certa erant corpora l. 13. C. de murileg. & gynac.
 lib. XI.) visum est, ab omni munere imunes esse. Quod privilegium
 nec hodie alienum est ab aulis principum; da privilegierte Handels-
 leute und Moden Meister auf Kleider und andern Schmuck gehalten
 werden. Eorum, qui in schola vestis sacre militabant, singulare fo-
 rum sub comite & magistro officiorum nota ex l. 3. C. de Castrens. &
 ministerian. quibus fortè hodie comparare posses ministros istos aut
 nobiles cubicularios, Kammer-pagen und Kammerdiener / qui Prin-
 cipem induunt aut adstant, dum se induit & ornat, quamquam ali-
 as hujusmodi operarii & negotiatores comiti commerciorum subes-
 sent,

ent, ad cuius curam pertinebant omnia, quæ ad principis vestitum spectabant. *l. 2. C. que res ven. non poss. l. 1. C. de Commerc.* in horum tamen Episcopis erat inspectio, ne mercatores carius quam par est, merces suas vendant, sed ut modum in pretio servent. *l. 1. C. de Episc. audient. lib. 1.*

De purpura.

IV. Purpuræ, (quæ & inter gentes ferè omnes summo loco ejusque ministris vindicata) olim cum usus, tum commercium in Romano Imperio soli Imperatori ejusque domui reservata, severissima pœna majestatis in affectatores regii ornatus statuta. *l. 4. 5. C. de vestib. holob. l. 1. C. que res ven. non poss.* Inde factum, ut Romani à barbaris sericum emere (nondum enim ratio conficiendi serici ad Romanos pervenerat) non possent sine Comite commerciorum. *l. 2. C. que res ven. non poss.* Auræa quoque vel aurata vestis, nisi in ministerio Principis militantibus haud permessa gestari. *l. 2. C. de vest. holober.* quod de viris tantum capiunt plerique. Ne vestis serica, holoserica, viros scedaret, Imperante Tiberio, (de cuius lege vestiaria meminit & Dioniss. *Cass. lib. 8. histor. Rom.* & nota est lex Oppia apud *Liv. 34. 1. Tacit. 3. 33. 7. Valer. Max. 9. 1.*) cautum, commemorante *Tacit. lib. 2. Annal.* quod & Tacitum Imperatorem posthac repetuisse legimus apud *Vopiscum*, nam & *Xerxes* olim, ut auctor est *Plutarchus in apophthegmat.* inter instrumenta quibus Babylonios eviraret, sinuosas & sic muliebres tunicas imperavit. Notatæ tamen prohibitionis, vix apud suos vivax aliqua vis: aliter hodie utitur tota ferè Europa, quamquam viliori longè nunc serici & copia & pretio, cujus olim fila auro pensabantur, ut libra auri tunc libra serici esset, ut docet nos *Vopisc. in 7. Aureliano* vid. *Bayf. c. 5.* ejusdem verba sunt: Neq; enim tam frequens erat usus panni aurei, temporibus illis, qua est hodie, quo vel hippotoxotæ nostrates, nec nisi profcisso utuntur. Sanè non usque quaque $\mu\tau\ \tau\acute{\alpha}\xi\iota\upsilon\ \eta\sigma\iota\ \epsilon\upsilon\sigma\chi\eta\mu\acute{\omicron}\nu\omega\varsigma$. Nam nec Imperio nostro non minores quam tempore Justiniani, de quibus. *l. 1. 2. & 3. C. de Olober. & aurat.* desunt optimè excogitatæ leges vestiariæ, cum generales, uti *Recess. Imp. de Anno 1500. 1530. 1548. 1577.* tum speciales in singulis statuû (quibus & hæc potestas disertim reservata di& *Recess. de Anno 1577. tit. 14. Diemell auch*) provinciis publicatæ, de quibus *Klock. de erar. lib. 2. c. 94. n. 35. Bornit. de erar. l. 4. c. 6. Bernegg. miscel. quest. super Tacit. quest. 86.* verum moribus nunquam supervalentes, hinc

hinc dubito, inquit Perez. *ad tit. de vest. holos. C. n. 9.* annon satius foret dissimulare & luxum moderatum permittere, quam tot edicta & sanctiones pragmaticas proponere, quæ sæpè cum contemptu excipiuntur & vix unquam executioni mandari possunt, & hoc assequantur Principes ut palam fiat, quibus flagitiis, impares sint; subjectis verò si prohibita impunè transcenderint, neque metus ultra, neque pudor est. Tacit. *lib. 3. Annal.*

V. Materia vero vulgaris, tam proluxa est, ut omnes texturas opificum & netricum ante perambulemus, quam hac in re certi red- *Materia innume- rabilis.* damur. Satius ergo fieri ad artifices & patresfamilias ut hanc curam remittamus, censemus.

SECTIO IV.

De eo quod Justum est circa vestes ex parte causæ formalis.

I.

Forma vestitus vehementer variat, & ut hominum voluntas est ambulatoria per universam vitam, ita quoque vestimenti forma. Alia autem est peregrina, alia domestica nostræque in qua degimus Reipublicæ familiaris. *Forma vestimentorum variat.*

II. De varietate vestimentorum in variis orbis regionibus diversisque nationibus usitatorum consulendi, qui de moribus Gentium cum veterum, tum recentiorum scripsere. Simplicius antiqui vestiebantur: pellium frequentissimus usus, imò *σύνυθες τοῖς ἕρωσι τὸ δεξιανθρώπων* ut Apollonii Scholiastes habet, quare nec immeritò servis intra urbem interdicta videantur pellium indumenta Honorii & Theodosii const. *in Cod. Theod. tit. de habitu quo uti oportet intra urbem. l. 3.* Et fortassis inde est illud Balthasar Schuppii in Orat. Rogo vos per vestem pelliceam, Philippi Melanchtonis. Hodienum apud rudiores, cum primis Aquilonares Gentes vid. Jornand. *de reb. Goth. c. 3.* durat pellium usus, obversis extrinsecus pellium crinibus, quod in majoribus nostris usurpatum, Græculos aliquando eo adduxit, ut crederent hirsutos pellitosque in spina dorsi aprorum more nasci Francos. Cedren. *p. 373.* Matth. Bernegg. *miscellan. quest. super Tacit. quest. 88.* palliati Græci (propè sic & Hebræi. Henr. Salmuth. *ad Panciroll.*

D

part. I.

part. i. tit. 44. pag. 162.) togati Romani, usque ad eò proprio caractere, ut civem Romanum argueret usus togæ l. 32. ff. de iur. fisc. contra extogatus, ut Plaut. in curculione loquitur, esse inciperet deportatus & cui aqua & ignis interdictum erat, prout Plin. lib. 4. epist. Valerium Lucinium inter summos causarum actores habitum refert, ob incesti crimen exulem, cum in Sicilia literas profiteretur, Græco pallio amictum fuisse. Imprimis verò apud Romanos civilissimo instituto pro dignitatum atque ordinum, quasi signatura certa vestimentorum genera adhiberi cœperunt, ut plebei (quos & tunicis aliquando contentos, tunicatum populum dixit Tacit. dial. de orat.) ab equitibus angusto clavo, hi à Senatoribus ac Patriciis lato l. 42. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 4. C. de test. milit. Ulpian. tit. 7. §. 1. Inst. Pagani à militibus cingulo l. Titius 25. l. quod dicitur 38. §. miles. 1. ff. de testam. milit. l. si quis 29. C. de pact. lib. 11. Universi à magistratibus, quos prætextam præter & pictam togam & trabeam, etiam fellæ curulis honor & lictorum satellitium & fasces ac secures universis spectabiles efficiebant civibus, distinguerentur Liv. 4. dec. 4.

Germanis
amica.

III. Atque ex peregrinis moribus nostri crebro pervertuntur, ut dum aliorum levitatem cum vestimentis eorum, insana quadam æmulatione induimus, generosos patrum mores sæpè exuamus. In vestitu enim nostro, nobis non sufficiunt condimenta formæ domestica, rerum, ut ille apud Plautum *pseudol. act. 3. sc. 2.* coquus in condituram sibi afferit cicilendrum, polindrum, macidem, sancaptidem, cicimandrum, liappalopsidem, cataractriam peregrina & exotica nomina: ita delicatuli isti transmarinas appetunt merces & Gallicum cumprimis ornatum, cuius id splendidum est & magnificum, quod diu tale esse non potest, quò carius tegantur, quo pauciores sua opinione habeant æmulos: quod rerum nostri seculi non ignarus Lansius in *relat. de principat. inter provinc. Europ. p. 8.* ita describit: Benè multi ex peregrinatoribus nostratium, si Galliam limis oculis adspexerunt, Gallica omnia; si in Angliam pernoctarunt, Anglica omnia; si alterum pedem in Hispaniam intulerunt, Hispanica omnia; si Italiam intuitu sunt Italica omnia; & undecunque tandem peregrè redierunt, peregrina omnia; mores, gestus, ceremonias, vestitum, linguam, histrionica temeritate ac stultitiâ probant, jactitant, extollunt, Germanis & paternis omnibus neglectis, fastiditis, rejectis. At quantumcunque
ob

ob hæc expendas, quantumcunque solus exoticis ac insolentibus ornatibus istis, instar corniculæ eminere te credas & solus splendescere, crescit inde magis æmulandi libido, & qui semel peregrè profecti sunt nummi, nihil vicissim pariunt patriæ, præter perituram brevi futilem mercem.

IV. Ita incautam Germaniam & victui & amictui suorum, si sua bona nosse vellet sufficientissimam regionem, denudat versuta Gallia Recept. Imper. de Anno 1577. tit. 9. Daß dadurch nicht allein sondern Personen/sondern auch Landschafft in Kingerung ihrer Nahrung kommen seyn. Quo erectiores nunc cristas ad expugnandam patriam nostram erigit. Quis est, qui vindicias secundum antiquam fidem, vestem, animum, opulentiam Germanorum dicat? Ita domestica stultitia exarmati imbellem vim nequicquam obvertimus hosti. At nemo hostis corio facilè aliter nisi victor & quasi in opprobrium utitur: nos inter arma hostilia & vestitum Gallorum affectamus & gerimus

*Sed noxia
Republ.*

*Interque signa turpe militaria
Sol aspicit Canopæum.*

Ut Lyricus Romanus indignatur. Et sic facili fortasse transitu etiam animum induimus jugumque Gallicum, quemadmodum pro arcano politico dominantium habetur, illis gentibus quas tandem sub jugum redigere moliris prius vestitum & linguam sicque sensim mores instillare tuos. Majoribus nostris nulla cultus jactatio in bellis Tacit. de morib. Germ. c. 6. 4. Picturati illi & patrimoniis suis phalerati milites bellicosus gentibus ferè prædæ argumentum vid. Curt. lib. 3. Liv. lib. 9. c. 40. Tac. vita Agric. c. 34. A. Gell. lib. v. c. 5. Moscheroshi part. 1. Philandri additamento Germanico sunt ista. Wann ich einen aufrichtigen redlichen Teutschen beschreiben wolte und sagen/er sey in einem Monath wendischen käseformigen Nurr aufgezogen / sey auf wannen-breiten kühefüßig-fliegenden Absak-Srieffeln einher geratter/habe einen welschen Kopff, einen spanischen Bart / ein griechisch Herk/ein niederlendische Seele/hebraische Hände/Engelänsche Füße und etnen fransosischen Bauch gehabt / wie wurde sich das schicken? Cum quo illud Gumpelzhaimer in dissertar. de Politico, editione Moscheronianâ th. 14. convenit: Etner/inquit ille, von seinem Landesfürsten ward gefragt / was er studierte? Antwortet/er wolte ein Politicus

liticus werden und seiner Fürstlichen Gnad. einmals aufwarten; dem fertigte der Fürst also ab/mir Hände küssen/mit Füße ritschen/mit Messeln/Lappen/Zotten/närrischen Trachten und Modereyen ist meinem Lande nit zu helfen/du must dir einem andern Herrn suchen. Den neue närrische Trachten weisen neue närrische Gedanken/Heucheleyen/seere Seckel/verkerete Gemücher. Närrische Trachten machen keinen Politicum &c. adde his Guil. Anton. *tract. de rescript. morat. tit. 10. Concl. 68. n. 26. & passim.*

Et probro-
sa.

V. Unde scitè prudentissimus olim Germaniæ princeps: peregrinæ vestes peregrinos mores, peregrini mores peregrinos hostes Germaniæ inducunt: paulò aliter hoc Lanf. *orat. 1. pro Germ. de Ulrico duce Württembergico commemorat. vid Ioan Jac. Speidel, spec. Jurid. sub vocab. Kleider 57. Id pœnæ ab ipso Deo exoticis vestibus denunciatum, sic enim apud Sophoniam. 1. v. 8. minatur: Visitabo super principes & super filios regis & super omnes, qui induti sunt veste peregrina; & respondit certè in pluribus regnis eventus præfagio prudentum ex istac affectatione petito, vid Curt, 3. 36. Herman. Lather. in tract. d. censu lib. 2. c. 2. n. 33. junct. Theod. Zwinger *theatr. vit. human. vol. 7. lib. 2. fol. 1683.* Eum morem sub Imperatore Andronico enarrans Nicephorus Gregoras *lib. XI. hist. Byzantinæ prudentiores notat novitatem aliquam & destructionem Imperii & finem institutorum & morum illius divinasse vid. Bernegg. in miscell. quest. super Tacit. de morib. Germ. quest. CLXVI.**

A summis
viris reje-
cta.

VI. Moribus antiquis sub Carolo Magno cum primis ejusque filio Ludovico, quos peregrinam vestem satis constat in suis magnopere improbasse quin imò & edicto vetuisse, aliter stabant res nostræ, cum & quæ hoc malum subsequi solent, malæ artes, scœnora, peculatus, *δωροφαιλα*, nundinationes publicorum munerum ac commodorum, turbationes mercatorum, parcius regnarent. Splendidior vita vestisque, quam pro conditionis ac rei familiaris modo, in justam suspicionem improbati questus aut flagitiosæ licentiæ apud Corinthios aliasve respublikas incidebat, ut qui eam purgare non posset, non esset ab ignominiosâ pœna immunis. Solis meretricibus & nebulonibus (cum nullarum fermè pretiosior cultus, quam quorum pudor vilis est) floridas vestes aureumque mundum gestare Lacædemonios permisisse,

mississe, probis mulieribus ornatum interdicentes haud leves auctores tradiderunt inter quos clemens Alexand. in *Pedagog. lib. 2. c. 10.* R. P. Drexel. *l. 3. de cultu corpor. cap. 11. lib. 1. fol. 659.* ubi lepidam de aliqua muliere enarrat historiam.

*Quis Floralia vestit & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?*

Bilbilitanus vates argutè quærit. Sed nos hæcenus promulgatis passim optimis legibus vestiariis, in Germania tantum hoc agimus, ut ostendamus, quemadmodum supra dixi, quibus vitiis impares simus: si quâ alia in re facillimè mores hic leges in suam potestatem pertrahunt araneorum telis similes, in quibus muscæ hærent, vespæ & verrucæ impunè perrumpunt, laxatâ ruptura muscis & vespis idem transitus.

VII. Commodum igitur & evitandæ legis fraudi opportunum existimamus in ordinanda vestiendi ratione, non solum pretium materiæ, quæ quantum potest nativa & nostrarum terrarum operarumque sit, sed & modum ipsum & formam vestimentorum ordinibus singulis definire, quod factum quadantenus apparet ab Imp. ordinationibus, & feliciter imitata sunt quædam Europæ regna, dummodo tuendi quod sancitum est constantia accedat. Hic verò imprimis

Indiget legibus sumptuariis.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Facilius enim subditi & cives Principis & Magistratus exemplo, quam legibus commoventur. Ioan Wern. Gebhard *lib. 1. der Fürstlichen Tischreden cap. 11.* Unde Imp. Maximil. I. in Recept. Imp. *d. Anno. 1500. tr.* Von überflüssigkeit der Kleider: Wir sollen auch als die Vorgänger solche Ordnung in unsern Königlichen Hoffe und Erb- lenden erstlich ansehen und zu halten erstlich Verschaffen. Ioannes Ducas Imperator Orientis memorante Nicephoro Gregor. *2. 1.* cum videret Romanas (h. e. Byzantinas) divitias in peregrinas ac sumtuosas vestes sericas, Assyricas, Babylonicas atque Italicas vario & solerti artificio confectas effundit, decreto sanxit, ne quis iis uteretur: nisi ipse quisquis esset, cum omni familia in ordinem cogi & notari ignominia vellet: sed iis contenti essent, quas Romanæ provinciæ & manus præberent: eaque ratione profecit, ut brevissimo tempore Romanæ provinciæ divitiis abundarent.

Quales
Romane
& Græcæ.

VIII. Quamquam verò variabilis & levis illa vestituum mutatio, phantasiæ humanæ monstrosus partus, quam à la mode Francoise nostrum seculum appellat, per se indecora & summopere sit vitanda, unde scite Herm. Hugo, nulli veterum secundus Poëta lib. 1. *Desider. piar. gem. 2.*

*Haud aliter superis dant nostra negotia risum,
Regnaq; pro nidis, quæ fabricamus, habent,
Hæc quoque sub stolido sapientia nata cucullo,
Tam variis nullum vestibus esse modum:
Pauca vel hoc studio, peregrinus ad oppida currat,
Inveniet vestes per loca quæque novas.
Si sedeant uno semel omnes fortè theatro,
Quos sua dissimules palla chlamysq; facit,
Ridiculis videat plenissima pulpita mimis,
Rideat & socii pallia quisque sui.*

Quare & Augustus Imp. tam studiosus memoratur antiqui Romanorum habitus conservandi fuisse, Sueton. *in vit. c. 40. 9.* Ut tamen antiquis & sumtuosis aliquando & corpori non æquè bene aptis solummodo utantur cives, providum haud semper putamus. Nam & si qua nova tegendo tuendoque corpori opportuniora scèpè minus sumtuosa usus afferat; temperari res haud injustè & fortassis honestissime poterit. Nimirum est & vestium quædam ut ætatum, tempestatum, gentium, morborum, rerum publicarum periodus. In Græcis hodie non magis pallium, quam in Romanis togam observabis. Vid. Cæl. Calcaguin. *lib. 4. ep. 1. fol. 83.* Imò sequenda potiùs civium ac popularium consuetudo, etiam si vestes quibus utimur forte minùs aut commodæ aut corpori nostro habiles sint, quàm vel reverà fuerunt antiquæ vel tibi saltem videantur fuisse, vid. egregiè Galat. *de morib. c. 5. it. p. m. 118. 163.* scil. temperanda est vita, ut Seneca ait, inter mores publicos & bonos: & ut sunt mores adeò res rediit ait nonnemo, ut si quis in patria nostra ultra vulgus emergere velit, Germanus Gallifans esse debeat. Et ita ex hypothese sapientis est, ut quia in Germania desultorii maximam partem sunt homines, aliquam mutationem vestibus adhibere, ne publico habeatur ludibrio.

SECTIO V.

SECTIO. V.

De eo quod justum est circa vestes ex parte causæ finalis.

I.

Vestis ex parte causæ finalis spectatæ notant usum, ad quem adhibentur; qui partim consistit in eo, ut corpus tegatur à nuditate, partim ut defendatur ab injuria æris, scil. frigore, imbre, calore &c. Quicquid ab hoc usu deviat, & vel in luxum vel in libidinem & temeritatem transit, vitio quam proximum est.

II. Usus verò vestium consistit in eo, ut vel tegatur totum corpus, vel pars ejus, quemadmodum Ictus ait in l. 25. §. 4. junct. vel totalis l. 23. l. 26. ff. d. t. sive id cutem tegendo ut per tunicas, indusia, focialia & chirothecas, sive superinduendo interiori amictui injiciendo & incubando fiat. Comprehenduntur sanè indumenta utriusque sexus seu propria seu communia & quæ his accessionis vice cedunt, ut clavi aurei & purpurei, item insitæ picturæ, citra quæ toga pura olim dicebatur d. l. 127. ff. de V. S. l. 19. §. 5. l. 22. l. 23. l. 26. §. 1. & 2. ff. de aur. & arg. leg. ubi Doctores (qua parte puerilia virilibus, arg. l. 81. §. 1. f. de legat. 3. puellaria, ancillaria muliebribus l. 25. §. 9. ff. de aur. & arg. leg. l. 15. §. 15. ff. de injur. l. 13. prin. ff. de V. S. adscribe) eaq; cujuscunque usus seu necessaria & quotidiana l. 234. ff. de V. S. familiaria l. 23. §. 2. in fin. ff. de aur. & arg. leg. seu festiva aut scenica, tragica, citharædica, coenatoria, viatoria, Regentleider / æstiva, hyberna, lugubria, funebria, l. 15. §. 27. ff. de injur. junct. leg. l. 15. C. ex quib. caus. infam. militaria. tot. cit. & l. fin. C. de milit. vest. stragula l. 45. ff. de V. S. ex quacunque cujuscunque coloris vel commatis. l. 19. §. 4. ff. de furt.

Finis variat.

Vestis est vel partialis.

De veste funebri.

III. In cadavera & capulos defunctorum pretiosa ornamenta præter vestem tegendo pudori commodam Sterbe-Kleid oder Sterbe-Rittel congeri, insaniam proximam est, ut Athenæus in Sardana-pali luxu commemorat, eum cum mori destinasset præter auri argenticque vim incomparabilem secum pallia, purpuras stolas innumerabiles in rogo concremasse. Simile quid conterraneus,

con-

condiscipulusque olim meus candidus D. Alb. Meyer in sua disp. in augur. de Monument. Sepulchral. ex Paulo Aringho posuit, cuius verba non erubeo apponere: Romæ inquit, in Vaticano mense Februario, ejusdem anni, cum in sacello S. Petri fundamenta foderentur, inventa est marmorea arca longitudine pedum octo & semis, latitudine quinque & sex altitudine, in qua condita fuit Maria, Honorii Imperatoris conjux, quæ virgo obiit, morte abrepta ante nuptias. In ea arca, corpore assumpto, aliquot tantum dentes supererant, capillique ac tibiæ ossa duo: præterea vestis & pallium quibus tantum auri fuit intextum, ut ex his combustis auri pondo 36. collecta sint. Erat insuper capsula argentea, longa pedem unum & semissem, latitudine digitorum. 12. in qua vascula multa ex Chrystallo nonnullaque ex Achate perpulchre elaborata. Item annuli 40. variis gemmis ornati. Erat & Schmaragdus auro inclusus, in eoque sculptum caput, quod creditum est ipsum Honorium referre. Is 500. aureis æstimatus est. Præterea in aures, monilia aliaque muliebria ornamenta, in quibus una earum, quas hodie Agnus Dei vocant, per cujus ambitum in scriptum erat, *Maria nostra florentissima*: Laminaque ex auro & in ea hæc nomina, *Michael, Gabriel, Raphael, Uriel*, Græcis literis. Item veluti racemus ex Smaragdis aliisque gemmis confertus & discriminale longitudine 12. digitorum inscriptum hinc *Domino nostro Honorio*: hinc *Domina nostra Maria*. Ad hæc inerat forex ex chelidonio lapillo, cochleaque & patera ex chrystallo: item pila ex auro lusoria similis, sed quæ in duas partes dividi potuit. Innumeræ pene aliæ inerant gemmæ, quarum etsi plurimæ vetustate corruptæ, nonnullæ tamen recentem admirandamque referebant pulchritudinem. Aliam hac in re saniolemque mentem Salatinus Magnus ille monarcha orientis habuit: non longè enim ante suam mortem veteris panniculi lacerum fragmentum longæ perticæ affixum Ascalonæ circumferri voluit, hoc addito epiphonemate

Floruit in toto qui Rex Oriente superbus

Hunc nisi panniculum possidet, ecce nihil,

i. e. Ein Tuch zum Grab / damit schab ab. quare non immeritò S. Ambros. quærit, quid proficiat sepulchrorum superbia? Damna sunt ait potius viventium, quàm subsidia mortuorum. Impensa enim
monu-

monumenti supervacanea est, memoria nostra durabit, si vitam meruimus, ut Plin. 9. *epist.* 19. Inde & merito vetitum jure Romano (quamquam vestium in defunctum impensæ in funerariam rectè veniant. *l.* 14. §. 4. 5. ff. *de religiof. & sumtib. funer. junct.* *l.* 113. §. *fin.* ff. *de legat.* 1. ubi tales defunctorum voluntates ineptas vocat Jctus. *l.* ult. §. 2. ff. *de aur. & arg. leg.* Vid. A. Lindenbrog. *Ammian.* XVI. p. 54. Sic tamen ejusmodi vestes & ornamenta nihilominus cum defuncto condita, citra sepulchri violationem haud auferentur, inde Poëta:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures,

In C. Theod. lib. 5. proximum sacrilegio dicitur esse crimen, spoliare mortuos;

Res ea sacra, miser, noli inca tangere fata,

Sacrilega bustis abstinuere manus.

Apud Kirchman. *lib. 3. c. 24. de funeb. Roman.*

IV. Ad ea vestimenta, quæ partem tangunt refer caligas (quarum olim usum apud vulgus militum, unde Caligati *l.* 2. ff. *de his qui not. infam.* & significationem non nihil diversam vid. apud Henr. Salm. *in not. ad Panciroll. part. 1. tit. 44. pag. 170. col. 2.*) in materia odiosa, ubi pudori parcendum, vestes nomine non comprehendi benignius est. Tibialia & calceos comprehendi sustinebimus *ex d. l. 25. §. 4. ff. de aur. & argent. leg.* Non obstante *l. 21. ff. de aliment. legat.* quamquam interdum ex usu loquendi hæc sit voluntatis quæstio. De pileo (de cujus apud veteres usu Salmuth ad Pancirol. *part. 1. tit. 44. p. 176. c. 1.* Item Disp. hic non pridem habita, DE VELAMINE CAPITIS VIRILI M. Eberh. Rudolph. Koshen) quanta quoque & hodie varietas pileorum sit, non infulsè describit Phyland. von Sittewald *in A la mode Rehraus vis. 1. vol. 47.* Item De pallio ne quidem dubitari debet, quin comprehendantur. *d. l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. legat. l. 23. ff. de V. S.* Ita respondit Roland. *in Cons. 22. n. 5. lib. 1.* De tapetis facili distinctione expediuntur. *l. 25. §. 3. de aur. & arg. legat. l. 5. ff. de suppellect. leg.* Mitra, si non meri ornatus gratia adhibeatur, quod in dubio credimus, cum his venustatis & ornatus causa primùm uti ceperint mulieres. *l. 25. §. 10. l. 26. ff. de aur. & arg. leg.* Petr. Faber. *l. Semest. 15. in fin. Cujac. lib. 10. Observ. c. 17. n. 30.* tanquam capitis tegumentum & adstringendæ comæ vinculum, ad vestes pertinet. *l. 23. §. 1. ff. d. 1.* Sed hujus rei probatio incumbet ei, qui mitras te-

De vestibus partialibus.

E

gendi

tegenderi capitis gratia paratas à testatore & vestium nomine comprehensas dixerit. inquit Wissenb. *ad h. tit. n. 11.* Non tamen ad vestem retulerim comam ad scititiam, Gallis *perruque*, quæ more seculi ornamentum magis est. *arg. dict. l. 26. in fin.* Quamquam nullis propè seculis ignorata, vid. Adrian Junium de Coma Ovid

Fœmina procedit densissima crinibus emtis

Proque suis alios efficit ere novos.

Nec pudor est, emisse palam, venire videmus

Herculis ante oculos virgineumq; chorum.

SECTIO VI.

De eo quod justum est circa alienationem vestium.

I.

De alienatione vestitus. **H**actenus consideravimus id, quod justum est circa vestes gerendas & usurpandas; sequitur ut & respiciamus id, quod justum est circa eas alienandas, & in aliorum manus deferendas. Alienamus autem vestes (1) per contractus voluntarios. (2) Per contractus involuntarios. De singulis pauca. Per contractus voluntarios alienantur vestes nostræ, ut cæteros modos taceamus, imprimis donatione, eamque vel inter vivos, vel in eventum mortis, scil. per testamentum.

Per donationem factam. **II.** Donatio vestium inter vivos, præcipuè inter amicos & familiares & olim erat & nunc est. Inter solemnia enim munera necessariorum domesticorumve sed & potentum inter se quid communius? Chlamis, trabea, toga picta antiqua Patrum munera mittebanturque regibus & amicis à populo Romano appellatis. Similia hodie intercedunt inter Reges & liberos, populos eorumque legatos. Quid amantium vota magis promovet apud pulchrum sexum, quam vestienti elegantia & indefessa liberalitas circa vestes & ornamenta. Inter conjuges his muneribus amor alitur, de quibus suis locis, quæ juri nostro congruunt, monebuntur. Sed & inter illos qui spirituali necessitudine sibi junguntur, vel uti susceptores & susceptos ex baptismo, solennia hæc sunt munera, inde paten Kleiber.

III. Obligatus ad educationem vel alimenta, non tantum ad victum

victum necessaria, sed & vestiarium & habitationem præstare tenetur. *Liberis.*
l. 6. l. ult. ff. de alim. & cib. leg. & l. 48. ff. de V. S. scilicet pro facultate & dignitate tam sua, quam alendi, l. 1. §. 19. ff. de ventr. in poss. mittend.

IV. Vestimenta in dotem dari, uti iis maritum, imò & alienare easdem posse, haud ambiguum *arg. l. 20. C. de iur. doct. lib. V. Conjugibus.*
l. 4. ff. de fund. dot. Sed si inæstimatò in dotem data, periculum uxoris est, tam quo ad consumptionem *arg. l. 3. §. 5. ff. de minorib.* quam quo ad deteriorationem, quæ citra culpam contigit, *arg. l. 5. §. 3. ff. Usufruct. quemadm. cave. l. 11. ff. de iur. dot.* Sin æstimato, mariti omne damnum *arg. l. 10. §. si res ff. de iur. dot. l. 15. §. 1. solut. matr.* Inter onera matrimonii esse & alimenta & ἐπιούεως vestimenta vid. *l. 39. §. 2. in fin. ff. famil. hercisc. uxoris l. 6. ff. de alim. vel cib. legat. l. 43. ff. de V. S.* haud obscurum *c. omnino. 11. dist. 30.* five doté habeat five non habeat, *arg. l. 11. in fin. C. de repud. lib. V.* imò quamquã bona paraphernalia aut receptitia *arg. l. 28. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nihil his propterea, multò minus doti ipsi, etsi fortè fructus ejus nō sufficiat huic oneri deducetur, nihil Obstante argumento quod peti solet *ex l. 66. §. 1. ff. solut. matr.* quam de vestimentis servorum non dotalium loqui, certum est. *ex l. 28. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. penult. ff. de impens. in res dot. fact.* Sed hoc ita in vestibus necessariis & conditioni conjugum honestè respondentibus, quare *in l. 18. ff. de Donat. inter vir & uxor.* disertè Pomponius: Si vir uxoris, aut uxor viri servis aut vestimentis usus vel usa fuerit, vel in ædibus ejus gratis habitavit, donatio valet. Hæcque adeò sunt uxoris, ut qui ea mortua uxore distribuatur, hereditatem adire dicatur. Mascard, *de prob. concl. 210. n. 50.* De splendidioribus, pretiosis ac festivis haud ita onerandus maritus: unde hanc quæstionem inter arbitrarias judicum rejecit Menoch *lib. 2. arb. quest. judic. c. 218.* Immol. *in l. penult. §. servus ff. solut. matr.* Roland. *in Consil. 10. n. 17. vol. 1.*

V. De his quæritur, quò animo à marito uxori data præsumantur? Scipio Gentilis *in tract. de donat. inter Vir & Uxor. lib. Uxori. 2. c. 12.* sic ait, circa propositam quæstionem accuratè tria tempora esse distinguenda, ante nuptias, in nuptiis, post nuptias: ante nuptias, i. e. cum sponsalia tantum contracta sunt ut aliarum rerum, sic & vestium licitam donationem esse. *l. 1. ff. de donat. inter Vir. & Uxor.*

eamque donationem etiam præsumi in ipsis nuptiis, cum scilicet matrimonium perfectum est consensu & nuptialis instituitur pompa, puta deductio in mariti domum, vel alia solemnia nuptiarum celebrantur, vestes à sponso sponsæ datas præsumi donatas, easque ad uxorem pertinere nec restituendas esse *l. penult. ff. de donat. inter Vir & Uxor.* quia & consuetudo & humanitas sive affectio sponsi erga sponsam faciunt, ut tales vestes viro donatæ in pompa nuptiali, ad uxorem pertineant eidemque acquirantur, nec marito ejusdemve heredibus restitui debeant. Post nuptias consummatumque matrimonium vestes si quotidianæ, statim efficiantur mulieris, sin ad certi duntaxat temporis usum datæ fuerint & pretiosiores, non tam donasse, quam commodato aut precario datas præsumi. Hæc Scipio Gentilis, cujus quamquã sententia de ante nuptiali vestitu concedi possit, nos tamen in cæteris distinctioni necessariorum & sumptuosarum rerum inhæremus: cum enim videat sponsus, statim subituram esse obligationem alendi sponsam, tradit illi vestes, ut prædictæ obligationi satis faciat: & sponsa eo die nuptiarum honoretur: Ergo harum traditio sponsalitia largitas censeretur non potest, quia non est facta sponsæ, ut sponsæ sed potius sponsæ ut uxori: Si quidem non est facta ea præcipue intentione ut sponsæ tempore sponsalium ea munera deserviant, sed ut deserviant tempore matrimonii, nulla igitur donatio præsumitur. *l. 25. v. sin verò ff. de probat. l. 47. ff. de Oper. libert. Barthol. in l. in his §. 1. n. 2. ff. solut. matrim.* Et est cæteroquin prohibita inter conjuges. *tot tit. ff. de donat. inter vir & uxor.* Et sic donata etiam à marito tam constante matrimonio quam post illud, si supervixerit, semper poterunt revocari, ut Bartol. *in l. penult. §. 1. solut. matrim.* Angelus *consil. 101.* Paul. Castrens. 184. E. commodati titulum tamdiu hic assumemus, quandiu contrarium non probabitur *arg. l. 5. §. 10. ff. commod.* quo textu refellimus distinctionem Barbosa *ad l. 34. n. 75. ff. solut. matr.* præsumtionem donationis ex hoc inducentis, si maritus vestimenta illa paraverit uxoris causa *arg. l. 2. C. si quis alteri vel sibi emer.* aliud quippe est uxoris causa, aliud uxoris nomine emere. Alia vis donationis inter patrem & filium emancipatum de qua *d. l. 2.* alia inter conjuges. Itaque si maritus præmoriatur repeti poterunt ab hæredibus ejus *l. mortis sua 53. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. arg. l. id vestim. 25. ff. de pecul. & legari secundæ*

cundæ uxori possunt. *l. si quid earum* 47. princ. & §. 1. ff. de legat. 3. *l. qui concubi.* 29. *cod.* vel ipsi primæ. *l. hoc legatum* 45. ff. de legat. 3. quod non fieret si ejus essent, cum nemini res omninò propria legari possit. *l. proprias tuas* 13. C. de legat. Lib. VI. Nam si donatæ forent secutaq; traditio (sine qua non confirmatur. *l. papinianus.* 23. ff. de donat. inter vir & uxor) donatione jam per mortem donantis confirmata, non æquè possent repeti *l. 13. §. 1. l. 32. §. 5. ff. de don. inter vir & uxor.* defungitur tamen obligatione sua uxor restituendo quales tum inveniuntur i. e. etsi deterioratas & usu attritas *arg. l. 9. §. penult. ff. de usufruct. quemadm. cav. d. l. 5. §. 10. ff. Commod.*

VI. Quoniam verò maritus tenetur vivus uxori præbere ali-^{Vidua}menta, mortuo marito, viduæ per annum luctus, quo maritum luget & pendente tempore, quo ejus dotem heredes retinent & vestes lugubres & viduales, etiam pretiosas secundum personarum & mariti dignitatem. Angel. *in l. decreto.* 15. C. ex quibus caus. infam. irrog. Aretin. *in §. fuerat.* 29. circa fin. *instit. de action.* & reliqua unde vivat suppeditare tenentur heredes *in l. unic. §. cum autem* 7. C. de rei uxor. act. Lib. V. l. 1. §. mulier. 19. & *l. curator.* 5. ff. de ventr. in poss. mitt. nisi habeat aliunde, vel dos cõsistat in bonis immobilibus *Surd. de alim. tit. 4. quest. 2. n. 15.* Sin verò heredes de vestimentis provideant viduæ caso, quo non tenebantur, videntur donare. *l. donari* 82. ff. de div. R. l.

VII. Illud præterea examinis incudem hic subire poterit: An ^{Etiam de}vidua si luctum deposuerit vel secundo nupserit, teneatur reddere ^{nu, nu-}vestes quas habuit? Quamquam varii varias voveant opiniones, pal-^{benti.}mam tamen illis *Surdus de alim. tit. quest. 2. n. 23.* præripere videtur distinguendo: si teneantur defuncti heredes alere uxorem, omninò & tum restituere tenetur vidua vestes tam quotidianas quam festivas, sive per mortem sive per transitum ad secunda vota finiat luctum, sic ut sunt attritas & usu consumptas ut *Bald in l. 1. n. 5. C. de fideicom.* ait, rationemque hanc addit, quod is, qui obligatus alere, id facere teneatur, solum quatenus urget alendi necessitas, & quod superest deductis alimentis pertineat ad eum, qui alimenta præstat non autem ad alimentarium. Præterea is, qui tenetur alere, non videtur donare sed debitum exsolvere, *arg. l. donari.* 82. ff. de Div. R. l. & *l. velle non creditur* 4. ff. *cod.* Si verò vidua non est alenda, repeti solum posse pretiosas concludit, non alias, quia ad usum concessa

cessæ censentur, & marito defuncto heredes possunt illas repetere. *l. mortis caus. 53. §. 1. ff. de don. inter vir & uxor. l. id vestimentum 25. ff. de pecul.* E contra verò viles, quia sunt donatæ non repetuntur, ex quo semel quod placuit, non debet postea displicere, cum titulus donationis est absolutus & perpetuus, non temporalis, ut est usus concessio. His junge quæ de alimentis conjugum alterutrius lana factis habentur *in l. 29 §. 1. l. 30. l. 31. princ. & §. 1. ff. de donat. inter vir & uxor* ubi lana data uxori à marito, vestimenta ex ea facta uxoris sunt, officio enim hæc & debito quoque maritali non jure donationis impensa videntur.

Quid de Vasallo?

VIII. Cum hic de vestibus à viro mulieri datis agitur, Vasallus verò Domini conjux apelletur. 2. *Feud. 58.* quæritur, an Vasallus teneatur Domino inopi vestimenta cœteraque ad vitam necessaria ex feudo subministrare? Affirmat hoc rectissimè Illust. & Magn. Dn. Præf. *S. I. F. pag. 417. n. 15.* quod etiam de filiis intelligi volumus. Idem *pag. 519. aph. 18. n. 2.*

Donatio per testamentum.

IX. Donatio in eventum mortis regulas illas suscipit quas vulgo ad Testamentorum solennitatem jura nostra exigunt. In ultimis enim voluntatibus frequens solet esse mentio ac dispositio de vestibus, eaque locum fecit integro *tit. ff. de aur. & arg. vest. & vestim. legat.* quo nomine, quæ comprehenderentur, antevertimus supra *Sect. V. §. 2. 3. 4.* tangere. Notamus in antecessum istac formula: Titio vestes meas lego: tam quotidianas & necessarias quam festivas & solennes intelligi *Carpz. p. 3. Jurisp. Const. 13. def. 24. Dn. Echolt. ad tit. de aur. & arg. leg. §. 3.* ad quas, quæ his accessoria (licet sint majoris valoris *Peck. de testam. conj. lib. 5. c. 14. col. pen.*) sunt, referuntur. *l. 23. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* Et tam ante, quam post testamentum conditum factas nisi verba testatoris eas tantum, quas tum cum legaret habuit, aut mortis tempore daturus fuisset, disertim innuant. *l. 7. §. 1. ff. de jur. Codici. l. 85. ff. de legat. 3. & de certa ea specie sensisse constat l. 7. l. 8. ff. de aur. & arg. lege. Pek. de testam. conjug. c. 29. n. 3. Wissenb. ad ff. lib. 34. Disp. 6. §. 9.*

De cuius certa formula.

X. In hac formula, daß Titius aus seiner Erbschaft sol getlebet werden, necessariae sufficiunt conditioni personæ convenientes. v. g. viduales. *Peki. ibid. n. 5.* vestes lugubres uxori legatas, post elapsum luctus annum peti non posse *arg. l. 87. §. 1. ff. de Legat. 2. post alios*

alios sustinet Peck. *de testam. conjug. cap. 14. n. 4.* Quod cum salis grano accipiendum puto, si luctum mulier detrectaverit, non si fortè commoda exigendi occasio defuit & sibi ipsa interim de suo de lugubribus prospexit.

XI. Inter extantiora porrò quæ hic quæri solent, sunt: utrum von den zu sub legato vestimentorum materia quoque vestiaria scissa equidem & geschnit- ad confusionem jam præparata nondum tamen consuta, nobis zuge- tenē Klei- chnitte Kleider comprehendantur? Id quod *arg. l. 19. §. 2. l. 22. ff. dict. dern.* *tit. & propter benignam interpretationem ultimarum voluntatū l. 12. ff. de div. R. J. l. 4. pr. l. 12. 13. §. 1. l. 15. §. 2. ff. de alim. & cibar. legat. affir-* mari potest (non obstante *l. 52. §. 1. ff. de legat. 3.*) qua ratione æquè affirmant Doctores, si testator omnia vestimenta, quæ in domo habet legaverit, materiam vestiariam apud sartorem in præsens conficiendæ vestis causa locatam comprehendendi, quia & ea, quam mox domum deferendam destinasset, videatur domi suæ habere testator, nisi fortè vendendi causa ea vestis conficeretur. Menoch. 4. *process. 161. n. 20.* Tiraquel. *in leg. connab. gloss. 2. n. 12.* Quin imò & telam quæ in pectine, im Ram oder auf der Stelle/ adhuc est, dummodo prætextam jam & staminis ruditatem egressam, & si non totam prætextam sed cœptam, vestis nomine intelligi tradit Bartol. *l. 22 ff. de aur. & arg. leg. & post eum Tiraquell. in tract. cess. caus. part. 1. limit. 22. n. 19. 20.* E contra autem, si testator legavit pannos, qui in domo erant, non præsumitur legasse vestes. ut infra dicemus *arg. l. lana 88. §. 1. de legat. 3. & l. questum 78. §. illud. 4. eod.* sed ipsos pannos, ut sunt in rudè materia panni. Ita ex sententia Bald. & Joan. Berberii scripsit Peck. *tract. de test. conj. lib. 5. c. 14. n. 2.* Menoch. *lib. 4. presunt. 162.* Lini tamen vel lanæ legato non tantùm quæ neta non sunt, ut puta stamen vel subtemen, sed & netam contineri Sabinus putat, cuius sententia utimur. *l. 70. §. 2. ff. de Legat. & fideic. 3.* Neque testator vestes uxori legans, videtur legasse eas, quarum usus communis erat. *l. 25. §. 6. de aur. & arg. leg. Capra in con. 128.* quem secutus est Peki. *de testam. conj. lib. 5. cap. 14. n. 6.*

XII. Non ignobilis est illa quæstio: utrum si testator omnes *Item de* suas vestes legaverit Titio, etiam illæ, quæ jure vel statuto interdicitæ *vestibus* sunt legatario, v.g. sericæ vel holo sericæ, legato contineantur? Quod *prohibitio* puto, tamen si enim nemo testamento suo cavere possit, ne leges in eo habe-

habeant locum. l. 55. ff. de leg. 1. nec legati jure legatarius defendatur à poena illiciti vestitus: quia tamen vel vendi vel aestimari ut Bald. in l. cum te ad fin. vers. pone statutum C. de donat. ant. nupt. vel quandoque in licitos usus alios transformari possunt ea vestimenta, cur faciles simus in subvertendo exitu ultimarum voluntatum? Sic possunt uxori vestimenta viri legari, tamen si virilibus ipsa uti jure prohibeatur, arg. l. 23. §. 2. v. muliebria. ff. de aur. & arg. leg. Aliud dixerim si legatarius nequidem commercium habeat legatæ vestis, ut olim purpuræ & de hinc nec possidere possit, arg. §. 4. Inst. de legat. l. 39. §. 8. & seqq. de legat. 1.

Una vestis
in legato
sufficit.

XIII. Legati ut hæres vestiatur Titium unica præstatione, i. e. si semel vestiatur, defungi potest hæres, nec quotannis vestire tenetur arg. l. boves 89. §. hoc sermone. i. ff. de V. S. l. 67. §. 5. ff. de Legat. 2. nisi sit persona valde conjuncta quam ex sua vel regionis consuetudine vestire solebat testator. Menoch. 4. præf. 161. n. ult. & ita tradunt congesti à Tiraquello in l. 89. §. 1. in secund. lim. ff. de V. S.

Amplifi-
catur.

XIV. Annuis hac formula legatis: si morarentur cum matre mea quam heredem ex parte institui, mortua matre conditione appositam haud defecisse videri ac per hoc & cibaria & vestiaria his deberi respōdet Scævola. l. 20. princ. de ann. leg. add. l. 18. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg. l. 84. ff. de condit. & demonstr. Fideicommissum vestiarii annui & qua anni parte præstandum, reperitur in specie l. 1. C. de fideicommiss. Qui minuta alimenta ex legato defuncti acceperunt, iis cautionem salvæ Falcidiae placuit remitti l. 3. §. 4. ff. si cui plus quam & c.

Questio
nova.

XV. De lana, lino purpura uxori legatis, quæ ejus causa parata essent, cum multam lanam & omnis generis reliquisset testator, consultus Alfenus an omnis deberetur, Respondit satis fore, ut ex ea, quod ad lusum annum mulieri satis esset, ea sumeret. l. 60. §. 2. ff. de Legat. 3. adde l. 70. ff. eod. legatum verò annum ab initio anni præstandum esse certum est, l. 12. §. 1. ff. quando dies leg. ced. quod & de vestitu annuo legato affirmari posse videtur: nisi necessitatem legatarii respexit testator, wenn ers Jährlich bedürffe arg. d. l. 12. §. 5. Carpz. 4. Resp. 62. n. 8. Certè vestimenta æstiva vel hyberna legata sub ingressum æstatis, calendis Aprilis, aut hyemis Calendis Septembris præstanda sunt. Advertendum tamen hic est, quod legatarius cui vestes debentur, si eas sibi renovari desiderat, teneatur antiquas & at-

tritas

tritas consignare & reddere Domino, ut loquendo in uxore vidua inquit Bald. in l. 1. num. 5. C. de fideicom. ubi tamen limitat, quando veteres vestes forent necessariae pro sustentatione vitae, refert & sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. non tantum. n. 19. in princ. ff. de lib. agnosc.

XVI. Ulterius occasione. l. 1. C. de fideicom. quaeritur: An legato vestiario annuo, in testamento minus solenni relicto, per triennium etiam ab haerede soluto, in futurum legatario heres praestare teneatur? Iterum alia quaestio. Affirmatur, primò, quia trina solutio firmum & stabilitum propositum satis declarat: Dein quia titulus quando auctoritate Jurispublici, utputa ob defectum solennitatis, est invalidus & agitur de inducenda obligatione in casu favorabili, ita triennali praestatione convalidatur, ut in futurum heres vestimenta illa praestare teneatur. Raynrius in verbo si absq; liberis moreretur. il. 2. n. 179. de testam. Dn. Brunnem. ad h. l. secus si ex causa inhabilitatis personae testatoris titulus esset invalidus, ut quando testator erat inhabilis ad testandum, vel ex defectu ejus voluntatis qui actum fecit. Menoch. lib. 3. praes. 131. n. 8. 9.

XVII. Si ab herede pretium pro veste emenda numeratum, legatarius verò vestem non emerit, an poterit debitor pretium repetere? Responsionem praebet arg. l. 2. §. Titio. 7. ff. de don. Distinguendo scil. num praecise in hoc dederit, ubi condici seu repeti posse affirmat: si verò alias quoque donaturus fuisset nequiquam, sed potest legatarius hoc casu consequi legatum illudque inde in alium usum convertere, satisque esse puto, si pecunia ad finem ordinatum recipiatur, licet mutato postea proposito in alium convertatur usum, pro quo facit, quod voluit Bartol. in l. caetera 41. §. fin. ff. de leg. l. ubi prohibente statuto, ne quis frumentum emat ultra usum, si quis emit pro usu, mutato mox proposito illud vendat, non incurrit poenam, quia sufficit, quod in principio id animo gesserit, licet exinde aliud fecerit, quod & Bald. affirm. in l. 1. §. inde querit. 9. ff. de exercit. act.

XVIII. Legatum optionis vestimentorum, unica voluntatis declaratione consumitur, nec post electionem semel factam licet variare. l. 20 ff. de opt. vel elect. Coeterum ei, cui vestimenta legantur si in funus erogata sint, utilem actionem in heredem dandam placuit & privilegium funerarium. l. 46. §. ult. ff. de relig. & sumt. funer.

In legatis XIX. Vestes in successione legitima juris Romani parem cum
par utri- cœteris bonis hereditariis exitum sortiuntur. De Jure Saxonico
que sexui uterque sexus singulari privilegio in vestimentis utitur. Præcipuas
Jus. enim sibi præ filiabus filii & quidem equestris ordinis vendicant res
 expeditor as Hergewette. Landrecht. lib. 1. art. 27. quæ æqualiter inter
 hos dividendæ veniunt, ita tamen, ut senior gladium habeat præcipu-
 um, uti supra monuimus. Landrecht lib. 1. art. 22. Dn. Carpz. *Jurisprud.*
part. 3. Const. 38. defn. 31. & si nepotes concurrant jus repræsentationis
 viget. Dn. Carpz. *d. l. def. 36.* consuetudine tamē alicubi in plebeis civi-
 bus ac rusticis agnatis illæ debentur. Coler. 1. *dec. 42. n. 3. & dec. 203. n. 21.*
 Dn. Carpz. 3. *C. 38. def. 24.* vid. Magnif. Dn. Præs. *S. J. C. Ex. 38. th. 24. n. 1.*
 E contra filiarum, sub quibus & spuria (nisi sola cum vitrico concurrat
 Fach. l. 2. *diff. 21.* Illust. Dn. Præs. *d. l.*) comprehenditur. Dn. Carpz.
part. 2. Jurispr. Const. 14. defn. 58. ἀνοικώωντων cum masculis habent
 Geradam, cujus præcipuam partem faciunt alle Weibliche Kleider/
 sie sein Leinen / Wollen oder Seiden / und alles Tuch oder Gewand von
 Frauen Kleidern geschnitten / non pannus pretiosus nondum inci-
 sus, Carpzov. *Jurispr. part. 2. Const. 14. def. 32.* Sic eodem jure mari-
 tus, quamvis heres mobilium uxoris, vestes proximis defuncti co-
 gnatis foeminis, ut partem Geradæ relinquere tenetur. Uxor verò
 in quartam tertiamvé marito succedens totam secundum Jus Saxo-
 nicum Electorale vid. Illust. Dn. Præs. *S. J. C. Ex. 38. th. 40.* Geradam
 & sic vestes quoque suas censerre tenetur, Berlich. *p. 3. C. 27. n. 40.*
 Carpzov. *in 3. Const. 20. def. 27.* quænam autem res Geradæ annu-
 merantur, videre licet apud Goldbeck. *de Jur. gerad.* Dn. Carpzov.
part. 2. Const. 14. def. 22. & seqq.

De Vesti- XX. Oneri collationis (imò & in legitimam imputationi Mer-
bis libero- lin. *de Legitim. lib. 2. tit. 2. quest. 2. n. 2.* in dubio subjacere & vestes
rum. liberorum, non equidem quotidianas & quas ante nuptias pro con-
 ditione dignitatis & familiæ suæ, etiam splendidiore & pretiosiores,
 sua sponte pater liberis paravit, quæ velut pars sunt alimentorum &
 proprio honori patris imputantur *arg. l. 1. §. 16. ff. de collat.* Wesenbec.
 16. *n. 3.* sed pretiosiores illas & solenniores in elocatione à patre ac-
 ceptas, ceu partem dotis, frequentius consentiant interpretes. Illust.
 Dn. Præs. *S. J. C. Ex. 37. th. 43.* Carpzov. *p. 3. Const. 11. defn. 2. n. 5.* Gail.
 2. *O. 91. n. 6.* habetque ea res manifestam rationem, quod sic in vesti-
 enda

enda uxore in tantum exonoratur maritus: filius verò inde locupletior fit utique, quin hoc ipsum Bald. *in l. filia 14. C. famili. hercis.* ad vestimenta nurui seu uxori filii à socero data porrigit, ut in hereditatis paternæ portionem suam imputentur filio. Sufficiet tamen opinor collationem vestium fieri in ea bonitate, qua tempore collationis reperiuntur, dummodo culpa utentis deterioratæ haud sint. Usus enim penes filium vel filiam vel nurum ex voluntate dantis erat. Sumptibus studiorum, ex patris voluntate à filio conferendis, detrahuntur vestimenta quotidiana, cibaria, medicina, habitatio filii eaque omnia sine quibus etsi domi patris vixisset, filius honestè se exhibere haud potuisset: pretiosæ vestes & superiores quicunque sumptus conferendi sunt. Illust. Dn. Præs. S. J. C. *Exerc. 37. th. 30.*

XXI. Solet autem in re testamentaria sæpiùs occurrere vocabulum Synthesis vestium, unde de ea brevibus ut dispiciamus, par est. Accursius ridiculè Synthesin interpretatur esse civitatem, in qua testator commorabatur: Est autem plurium vestium apparatus ejusdem speciei, quibus ornata materfamilias esse potest, ut si sit Synthesis alia quidem alba, alia verò pulla, alia purpurea, plura nempe corpora unius coloris, quæ vestem faciant completam, comprehendens, quemadmodum simili loquendi figura dicitur synthesis sterilitium villarum *in l. 34. §. 1. ff. de Legat. 2. vid. Franc. Sarmient. 8. select. interpr. in explic. ejusd. jung. Godofred. ad l. 38. §. 1. ff. d. t. Quod verò Lazar. Bayf. c. 1. de re vest. idque authore Nonio propugnat, stolæ significationem apud veteres æquè latè patuisse ac vestis, vix convenit cum sententia nostrorum, vid. *d. l. 23. §. 2. versic. muliebria.* Nec ideò statim, quod Caligula ea vel Heliogabalus abusi, virilis habebitur, unde *σολήν ἀπὸν θρωπον* dixit Tatianus *in oratione πρὸς Ἕλληνας.**

XXII. Antiquitatum & rei vestiariæ Romanæ nominaque veterum & formarum studioso, cum Bayfi commentario *tot. l. 23. & 25. ff. de aur. & arg. leg.* in quibus quia multa benignè ad vestimenta relata videbis, vestes enim ipsas alibi in accessionibus de facili iudicatas observatu dignissimum est, favore ultimarum voluntatum id ita factum esse, quæ, quia ipsæ benignæ, benignam quoque interpretationem amant. *l. 12. ff. de div. R. J. in contractibus sanè strictiùs interpretabimur vestimentorum causam, arg. l. 39. ff. de pact. Exempla obvia sunt in l. 33. ff. de aur. & arg. leg. l. 10. §. 1. ff. de V. O. l. 29. pr. l. 95.*

l. 100. §. 2. de leg. 3. l. 12. §. 5. 28. 41. ff. de instruct. vel instr. legat.

*Distincte
vestes Ger-
manorum.*

XXIII. Respicimus scil. & hic consuetudinem patristamiliam & vestiendi rationem ab ipso usurpatam: ut quicquid ille pro veste reputabat, id omne veniet vestis vel vestimentorum appellatione. *l. inter vestem. 33. ff. de aur. & arg. leg.* ubi Bart. Bello *in Consil. 30. n. 11.* vid. *Surd. de alim. tit. 4. quest. 2. n. 5.* proxima deinde inspectio est in qualitatem & conditionem legatarii, ut congruentia sint vestimenta *arg. l. 12. §. 1. vers. Subentius & §. 4. ff. de usu & habit.* refert, item sintne in genere vestimenta an sub certa determinatione (quo ultra id, quod expressum est, non onerandus debitor, ut sanè in cibariis æquè ac vestiariis certorum nummorum relictis, sequenda nobis testatoris voluntas, *l. 12. l. 13. ff. de alim. & cibar. leg.* ut in specie facti belle decidit *Besold. p. 6. Cons. 263. n. 20.*) legata promissa. Maximum verò momentum facit consuetudo ipsius loci & regionis, secundum sexum, ætatem ac dignitatem cujusque vestimenta exigentis, cui in dubio & testator & contrahens acquiescere censetur. *l. 21. §. 1. in fin. ff. qui test. fac. poss. l. 50. §. 3. in fin. ff. de legat. 1.* Sic zonam & fascias crurales vesti annumeratas à Jcto *in l. 23. & 25. ff. de aur. & arg. leg.* dubitat *Wissenb. ad l. 127. ff. de V. S.* an belgica lingua admittat. Germania nostra tametsi peregrinorum habituum fatua æmulatrix, in plerisque tamen nationibus suis insignem adhuc differentiam exhibet vestituum in utroque sexu: aliter plebs Suevica, strictæ vestis & singulos artus exprimentis, quam majoribus eorum adscribit *Tacit. c. 17. de morib. German.* retinentior, aliter Saxonica vestitur. De Gallorum Hispanorumque in vestitu mira discrepantia studioque diverso, jucunda sunt quæ scribit Auctor libelli. De Antipathia harum nationum. In quam plurimis gentibus nunc laxior & quasi follicans, ut in Orientalibus plerisque, nunc strictior & vestiendi forma ut in Hayduccis. &c.

De gladio.

XXIV. Sed an sub vestimento legato etiam gladius debetur? Alia equidem vestiendi, alia armandi causa: unde *Lazar. Bayf. de re vest. c. 8.* rabulis auriculam vellicat, seque in enodanda hac quæstione Jctum agere velle profitetur, & postquam simpliciter negasset, *arg. l. 23. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* (in qua tamen tantum præsidii non est) si mihi non credis ait, citabo tot jura, glossas singulares & unicas, quot

quot unquam Barbatius in suis Consiliis. Vestimenta enim inventa sunt ut nos à frigoribus, calore & imbre tutarentur: Arma verò ut à telorum impetu: cum igitur separata sunt, eorum separata quoque ratio sit necesse est. Verum tamen temperanda res est consuetudine regionis vel conditione personæ, quæ quamvis honestè vestitum sine gladio in publicum prodeuntem haud ferant. Sanè in Hergeweta Saxonica prout eam haud absolvit vestis, etiam ubi ad paganos devoluta est, palmaria pars est gladius defuncti.

XXV. Coeterum nec sub auro l. 4. princ. ff. de leg. 1. nec sub De rudè panno lanavé legatis continetur vestis. l. 70. §. 6. ff. de leg. 3. legato materia enim generis sufficit rudis materia, adeò ut v. g. lana legata expiret vestitus. legatum confecto inde vestimento. l. 88. princ. & §. 1. ff. de leg. 3. junct. l. 70. §. 6. ff. eod. quemadmodum similiter ornamentum dissolutū aut transfiguratum extinguit usumfructum. l. 10. §. 6. ff. quib. mod. usufr. amit. quamvis argento legato poculum inde factum debeatur l. 19. pr. ff. de aur. & arg. leg. ratio differentia est in §. 25. Inst. de rer. divis. l. 7. §. 7. l. 26. pr. ff. de acq. rer. div. l. 78. §. 4. ff. de leg. 3. Non obstante l. 44. §. 2. ff. de leg. 1.

XXVI. Et tantum de donatione vestium tam inter vivos, De usu- quam in eventum mortis. De aliis adhuc contractibus scil. de usufructu. usufructu oppignoratione, deposito, custodia vestium alienarum & affinibus materiis agemus. Verum in vestimentis (lanæ enim & rudis materiae vestiariæ haud verus usufructus. l. 11. ff. de usu ear. rer.) usumfructum constitui posse non dubitaverim arg. l. 15. §. 4. ff. de usufr. l. 9. de Usufr. quemadm. caveat. Sed hoc non in quibuslibet vestimentis, certè non quotidianis, quæ usu aliquot mensium vel ad summum unius alteriusve anni haud dubie minuuntur & consumuntur. §. 2. Inst. de usufr. l. 1. ff. de usufr. & ear. rer. quæ usu min. Verum scenicis, lugubribus, festivis, quæ, tametsi & ipsa tempore deteriora fiant, id quod commune habent cum rebus etiam firmioribus quibusque; quod enim non consumit ætas? Nihilominus ætatem benè longam ferunt, quas etiam sufficit attritas, dummodo sine dolo malo reddi l. 9. §. 3. ff. de usufr. quemadm. cav. quomodo & intelligo reversionem mundi & vestium legatarum in l. 39. ff. de usu & usufr. leg.

XXVII. An cum Jcto in l. 15. §. 4. ff. de usufr. distinguimus, Continua- an usufructus vestimentorum constituatur ut rei, & sic verus, an utitur.

quantitatis, & sic quasi usufructus: Sed adhuc obstat diversa vestimentorum qualitas, diversus usus, ut in omnibus vestimentis locum ea sententia reperire haud queat. Sed & illud singulare occurrit in vero usufructu vestimentorum, quod contra regulam usufructus §. 1. *in fin.* *Inst. de usu & habit. l. 12. §. 2. ff. de usufr. locari non possit. d. l. 15. §. 4. junct. l. 65. ff. de usufr. nisi sint scenica & ad Pompam vel solennitatem facta. d. l. 15. §. 5.* ubi & de modo utendæ vestis, quem in vero usufructu mutare non potest usufructuarius in quasi usufructu potest, in quo & casum fortuitum merito præstat, tanquam dominus & debitor generis, *arg. l. 11. C. de reb. cred.*

Amplificatur.

XXIIX. Observatu quoq; dignissimum est, quod vestimenta aut scyphus si (rei vindicatione) petita sint, ut putat Gallus Ælius, in fructu hæc numeranda esse, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit. *l. 19. in fin. princ. ff. de usur. & fruct.* Et licitas usuras pro veste facto chirographo, solvi posse, Imperator Constantinus *in l. 25. C. de usur. constituit.*

De restitutione vestis.

XXIX. Veste data convenit, ut non eadem in specie, sed æqualis bonitatis & æstimationis alia, quandoque restituatur; non hoc mutuum est, cujus materia sunt res fungibiles, sed in articulum do ut des incidit conditio unde præscriptis verbis agetur, *arg. l. 6. C. de rerum. permut. l. 5. §. 1. de præscript. verb.*

De filiofamil. dubitatur.

XXX. Qui filio familias mutuum petenti merces credit, ex quibus venditis. v. g. holoserica veste, redigeret pecuniam, Scto Macedoniano à repetitione arcetur. *l. 3. §. pen. ff. ad Sct. Maced. illust. Dn. Præs. S. J. C. Ex. 20. tb. 53.*

De depositione.

XXXI. Sanè commodari deponique vestes, quotidianum est & naturæ utriusque hujus contractus vestiumque maximè congruens §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. obl. l. 3. §. fin. l. 4. ff. commend. l. 1. §. 8. l. 26. princ. depos.* Cæterùm si homo vestitus deponatur, vestis non est deposita, perinde ut nec capistrum deposito equo, ut nec vestis commodato servo commodata intelligitur, quia, quæ depositis vel commodatis rebus accedunt, non sunt deposita vel commodata *l. 1. §. 5. ff. depos. l. 14. §. 15. ff. de furt.* quamquam pro iis, quæ ita accedunt competat actio ut §. 41. *l. 1. ff. depos. habetur.* Neutiquam autem vestimenta reddi videntur, quæ redduntur scis vel corrupta, & sic res adhuc abesse videtur, quod declarat Jctus *in l. 14. pr. ff. de V. S. ubi Wis- senb.*

senb. Item si vestimenta utenda tibi commodavero, deinde pretium ut reciperem dedissem, conditionem ob turpem causam me rectè acturum responsum est, *l. 9. ff. de condict. ob turp. caus.*

XXXII. Pignori opponi posse vestimenta, plenæ horum fœ. *De oppi-*
 noris trapezitici officinæ docent, modo non de sacris intelligatur *gnoratio-*
 juxta §. 8. *Inst. de rer. divers. l. 14. l. 21. C. de SS. Eccles.* quales res ne
 usu quidem cessante aut mutato, ad profanos usus converti volunt
 Canones, *c. 5. de R. l. in 6.* unde Quæritur, an liceat vestes sacras
 in profanos usus mutata forma convertere? *Godofr. in not. ad Suet-*
devv. ad §. 8. Inst. de acquir. rer. Dom. in genere hoc de rebus mobi-
 libus fractis affirmat, aliterque se habere ait hac in parte, cum partes
 sacre propter mutatam formam non maneant. *Auth. præterea. C.*
de SS. Eccles. Nec video cur ex veste aliqua sacerdotali jam rupta alia
 profana componi nequeat, cum nulla videtur sacris rebus irreveren-
 tia fieri ex eo, quod earum rerû materia profanis usibus aptetur. *Dian.*
tract. 3. resol. 183. tom. 2. De necessaria proximi veste pignori sumpta
 (nam de hac sola capiunt locum plerique interpretes) ante occa-
 sum solis inter Judæos restituenda, notabilis est juris Divini sanctio,
Exod. 22. v. 26. 27. unde & Doctores nostri ex generali pignoris atque
 hypothecæ, sive tacitæ, sive expressæ obligatione bonorum omnium
 necessarium vestitum humanâ ratione eximunt, *l. 6. ff. de pignor. Me-*
noch. remed. 3. ad ipse. poss. n. 139. & seqq. Dn. Echolt. ad tit. de pig. &
hypoth. §. 3. pag. 271. Quod vivente debitore verissimum, mortuo ces-
 sat ejus interpretationis ratio, *Brunnem. add l. 4. n. 4 Adde Anton.*
Menoch. de execut. in vest. c. 1. n. 23. & seqq. Hic tamen illud Baldi
 notandum venit, quod fœneratores, quibus plerumque vestes pi-
 gnoris causa mancipari à debitoribus solent, cogi vestes ita pigno-
 ratas purgare & à teneis defendere ne si eam diligentiam ac custo-
 diam omittant, periculi teneantur.

XXXIII. Stipulatio illa: vestem tuam quæcunque muliebris *De stipu-*
 est dare pones, virum promissorem quin obliget, vetat nos du- *latione*
 bitare *ICTus l. 110. §. 1 ff. de V. O.* Atqui veste muliebri legata, non *circa vest.*
 continetur ea vestis muliebris, qua testator in verecundè utebatur.
l. 33. ff. de aur. & arg. leg. ubi de Senatore quodam loquitur Pompon.
 quem Quintus (Titius) scripserat mulieribus cœnatoriis uti, solitum,
 diversitatis rationem reddit. *Cuj. Comens. ad l. 83. cod. & ex eo Pac. 6.*
attimo.

antin. 40. Si margarita fortè aut ornamenta pretiosa (quæ auro contrà veniunt aut aurum supra *add. l. 22. C. de admin. tutor*) vel vestis serica vel quod aliud non contemptibile veneat, duplæ stipulationi locus est. *l. 37. §. 1. ff. de evict.*

De em-
ptione ve-
stis

XXXIV. Qui verò vestem vel rem aliam sibi fieri velit, ut nihil aliud quam pecuniam daret, emptionem eum non locationem contrahere Sabinus respondit. *l. 20. ff. de contr. emtr. in spec. l. 17. §. 4. ff. de prescript. verb. emtæ vestis conditio est, si peritiori prius ostensa fuerit, unde meritò periculum adhuc manet venditoris. l. 8. v. quod si sub cond. ff. de pericul. & commod. rei. vend.* Si Palatini seu apparitores Comitis rerum privatarum vestes, aurum aliasve res privatas principis furtim emerint, rescinditur contractus & rei pretium amittitur. *l. 18. C. de rescind. vend. l. 4.* Quæstionis hic Pœnitendæ non est: an Pater Liberos tempore extremo necessitatis distrahere ob vestimenta æquè ac pro alimentis possit? Negat hoc per *l. 2. C. de parr. qui fil. destrah.* Brunnem *ad h. l. peretz. h. l. n. 4.* Wefenbec. *ad tit. de SS. Eccles. §. 5.* & plures alii. Affirmativa tamen Pinello *de bon. mat. p. 2. Rubr. n. 27.* Surd. *in tract. de alim. tit. 8. priv. 38. n. 14.* Molin. *de J. & T. disp. 33. n. 27.* arridet, cui & nos subscribimus, ob rationem D. D. Simon, præceptoris mei fidelissimi *disp. de Just. Permissiv. c. 2. §. 4.* fermè in medio, positam, ubi vocabulum d. l. *Tantummodo* reflexionem habere ad præcedens verbum, *victus*, docet quod in jure nostro omnia, quæ esui, potui cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria, vestimenta quoque, & quæ sunt ejus generis alia, sub suo ambitu comprehendit. *l. verb. 43. l. & cætera 44. l. quos nos. 234. de V. S. l. ultim. ff. de alim. & cib. leg. l. legatum. ff. de adim. legat.*

De vestium
custodia.

XXXV. De vestium custodia actione de recepto tenentur navitæ, caupones, stabularii, *l. 1. §. 6. l. 4. §. 2. ff. navit. caup. stabul.* per avariam tamen seu lege Rhodia de jactu etiam vestimenta cujusque quæ non consumendi causa imposita imò & annulum in contributionem venire decisum est à Icto. *in l. 2. §. 2. in fin. ff. ad leg. Rhod. de jact.* Balneator verò cui vestimenta servanda data perierunt, si quidem sine mercede accepit servanda, locus est actioni depositi, duntaxat ex dolo: sin cum mercede, locati in duplum actio competit. *l. 1. §. 8. ff. deposit.*

XXXVI. Sar-

XXXVI. Sartoris fullonisque operam non gratuito sed pro *De Sartor-*
mercede exhiberi tralaticium est. l. 22. ff. *prescript. verb.* quæ, si cer-
ribus, ta ab initio constituta, locati haud dubie actio nascetur, ad omnis
damni amissionis, deteriorationis, interitus restitutionem artificem
constringens, l. 60. §. 2. l. 13. §. 6. ff. *locat.* etiam quo ad eos, quorum
opera utitur. l. 5 §. 10. ff. *de Instit. act.* l. 27. *pr.* ff. *de pecul.* dummodo
amissionem vindicationem & condictioem artifici cedat. l. 25. §. *ult.*
ff. *locat. d.* l. 60. §. 2. *eod.* Sin de ea nihil quidem determinatum,
sed tacite tamen vel expresse reservata est ejusdem definitio, præscri-
ptis verbis agemus. §. 1. *Instit. locat.* Sed & si quis tam amicum habeat
artificem, qui sine mercede polienda curandave suspiciat vestimen-
ta, mandati actio in his personis haud erit absona à juris ratione,
§. *ult. Instit. Mand.* l. 22. ff. *prescr. verbis.* Cæterum si propter amissa ve-
stimenta locati actione conventus fullo Domino pretium præstiterit,
& is postea vestimenta sua invenerit, præter conducti actionem &
condictio sine causa eidem accommodatur. l. 2. ff. *de condit. sin. caus.*

XXXVII. Agitari hic solet illa quæstio, quo jure sartores *Continu-*
fragmenta sibi vestium addicant? Respondemus nullo prorsus, quam-
atur, vis obtendant à Dominis sibi plerumque solvi minus pretium pro
opera, ideò ex iis fragmentis se compensare id quod deest pretio, sed
profecto hoc non justificat retentionem, præsertim in locis, ubi pre-
tium operis est determinatum, illud enim est justum (unus flore-
nus Gloss. & ibid. Ioan Plat. in l. fortissimis. 3. C. de vestib. milit. lib.
12.) pretium quod pro cursu fori & artificiorum qualitate com-
muniter solvitur & haberi potest, qua mercede eos decet esse con-
tentos, ac reminisci, furtum etiam in re minima posse committi. §.
16. *Instit. de res div. vid.* tamé Cardin. Lugo de l. & l. Disp. 16. sect. 4. n. 84.

XXXVIII. Quæri porrò lubet, an Sartor tribulis *Amplifi-*
Schneider/prout in Germania hodie collegia opificum sunt infor-
catur, mata, in exercendo opificio rectè utatur opera ancillarum, ob er
eine Magd auf die Werckstät setzen und vor Gesellen dürffte arbeiten
lassen. Quod negamus meritò: uxoris tamen & filia opera uti non
prohibeatur. *Resp. I Cri Jenens. Mens. Junii. 1630.* Magn. Dn. Bech-
Exercit. exot. III. n. 110. olim sanè si cui ancilla esset sarcinatrix, vel
textrix, vel similis artificii vulgaris, id peculii actioni locum dabat.
l. 27. *pr. ff. de pecul.*

G

XXXIX.

An Sartores die Sabbathi vestes conficere possint XXXIX. Cum in omnibus fermè constitutis Rebuspubl. provisum sit, ne dies Sabbathi officiis illiberalibus dehonestetur, ideo quaeritur, an Sartores vestes in die Sabbathi vel festivo conficere possint? Nisi vestes pro aliquo funere conficiant ut Layman. *d. I. & J. cap. 7. n. 2.* Negarem utique, propter universalem legis Divini prohibitionem *Exod. 34. v. 21.* Sex diebus operandum, septimo vero die est cesandum, praesertim cum vix aliud praecipuum, à Deo tam frequenter fuerit repetitum, quam de Sanctificando Sabbatho. *Exod. 20. 23. 31. 34. 35. Levit. 19. 23. 26. Num. 25. Deut. 5.* quâ repetitione Deus severitatem sui mandati indicare voluit. Excusantur tamen puellæ & domicillæ in festo suentes vel alio modo laborantes, si ad fugiendum otium hoc faciant. *Dian. tom. 7. tract. 5. resol. 20.* Si enim exercitia artis Sagittariæ, palestræ, trochi & comœdiarû eo die licita sunt, ut sunt secundum ea quæ tradit ex Balduin. *lib. 2. c. 13. cas. 7.* Dn. Carpz. *in jurispr. Consist. lib. 2. tit. 16. def. 253.* cur non & illa operatio; ut proinde textibus illis biblicis non indifferenter quævis opera prohibita censeantur, sed serviles operæ & quæcunque negotia requiem haud admittunt Magn. Dn. Schröter *fasc. Casu. in for. Consc. cas. 43.* Quaeritur ultimo: an Sartori Christiano Judæis vestem sacerdotalem facere liceat. Quamquam puniri non possit sartor, melius tamen ipsum facere abstinendo putarem.

Observatio opifici. XL. Notent denique hic & studeant tam Sartores, quam ceteri opifices, ut ante ergasteria nihil projectum sit vel propositum, quod viam faciat deteriore & commeantibus sit obnoxium, praeterquam si tullo vestimenta ficeret, aut tecton trochos exterius ponat. Ponant autē & hi, ut non prohibeant vehiculum ire *l. unie. §. 4. ff. de via public.*

De venditione vestimenti. XLI. Quemadmodum autem qui alienam materiam vestimento tuo intexit ad hibendum tenetur. *l. 7. §. 2. l. 12. §. 3. ff. ad exhib.* ita si vestem vel aliam rem minoris vendiderit, quam ei mandatum fuit, mandans ab emptore vestem vindicare potest. *l. 5. §. 3. & 4. ff. mandat. vel contr.* Si verò pluris vendiderit, & id quod plus accepit, restituat necesse est, quia mandatarius quicquid ex mandato consecutus est restituere debet. *l. 10. §. 2. & 8. l. 8. §. fin. l. 20. ff. mandat. vel contr. l. 46. §. 4. ff. de procur.* Cujus vero sit inter judicii hujus moras pascere, vestire, curare servum exhibitum, docet *l. 11. §. 1. ff. ad exhibend.*

XLII.

XLII. Vestiens alienum servum vel filiumfam. ad probabilem *Vestiens*
 ac consuetum patri vel Domini modum, actione negotiorum gesto *alienum*
 rum arg. l. 2. ff. de neg. gest. vel de in rem verso. l. 3. §. 1. & 3. l. 19. ff. servum
 de in rem vers. repetit impensas: nec nisi modum excessisse probetur, quam a-
 creditor exceptione SCti Macedoniani debito vestiario nocebit. l. 5. Etionem
 C. ad SC. Maced. pecunia autem in causam vestimentorum servo vel *habeat.*
 filiofam. mutuo data, si fortè nummi vel ipsa vestis perierit, quo Do-
 minus teneatur, qua actione creditori vel venditori consultum, ele-
 ganter decidit Jctus in l. 3. §. 10. ff. de in rem vers. quæ analogicè ac-
 commodari possunt casui, quo ministro civitatis mercator merces in
 causam vestiendorum militum civitatis credidisset, & is vel pecuni-
 am, vel materiam vestiariam malè dispensasset.

XLIII. Observatu dignissimum est, quod, si per mercatorem, *Observa-*
 cui filius studiosus propter materiam vestium aliquo debito obstri- *tio specia-*
 ctus, pater filio studioso mittat pecuniam, mercatorem qui pecuni- *lis.*
 am deferendam accepit, studioso objicere compensationem non pos-
 se Rebuff. privileg. 167. Hillig. in enocl. Donnell. lib. 16. cap. 15. l. 9.
in not.

XLIV. Quæritur, an vitricus privignæ filii quorum tutor fuit, *De vitricis*
 videatur vestimenta, calceamenta, victum & amictum donasse, præser- *officio quo-*
 tim cum in libris rationum vulgo Rechenbücher (ex quibus animus *ad vesti-*
 donandi colligi solet, ut latè Bursat. in Consil. 83. n. 13. proponit) ex- *menta pri-*
 tent? Neutiquam, cum vitricus onera privigni suscipere nulla juris *vigni.*
 ratione cogitur. l. 3. §. 7. ff. de muner. & honor. junct. l. 79. §. 1. ff.
 de V. S. neque in dubio quis præsumitur jactare suum. l. 25. pr. ff.
 de probat. & præsumt. Et omnis sumatur conjectura ad excludendum
 præsumtionem donationis. l. eleganter 24. §. 1. ff. de pignor. action. l.
 si cum aurum 50. ff. de solution. vid. l. 34. ff. d. neg. gest. Et præsumitur
 potius error in facto proprio, quam donatio, l. sed & si me patrem. 22.
 in pr. ff. ibique Gloss. de condict. indeb. Bald. in Consil. 189. in fin. vol. 2.
 Nec video quo fundamento hoc probare velint, ni forsan arg. l. 15. C.
 de negot. gest. quod tamen sententiam nostram non ferit, cum nullam
 repetitionem dari vult, si paterno affectu vitricus privignos aluerit.
 Verùm dubius iste cum sit, & alias jura de vitricorum affectu malè
 præsumant, meritò sententiam Bacchovii disp. 10. vol. 1. rh. 3. lit. C.
 postpono Gloss. Bald. Salyc. ad h. l. & Surd. de alim. rit. 6. quest. 11. n.

4. ubi communiter à Doctoribus receptum esse testatur, vitricum animo repetendi aluisse *Conf. d. l. 34. Carpz. part. 2. Jurispr. Const. 10. defn. 25. Coler. de alim. lib. 1. cap. 4. n. 24. Sigism, Finkelthaus. obs. 10. vid. & Magn. Dn Præs. S. J. C. Exerc, 7. th. 54. qui Menoch. de arb. quest. Jud. c. 88. 18. Molin. de J. & J. tract. 2. disp. 533. n. 6. allegat. Si igitur ad hoc privigni & privignæ tenentur, quidni de privignæ filiis illud ipsum affirmare ausim, licet nonnulli omnem moveant lapidem, ut palpum imprudentibus hac in parte obtrudant.*

*De vestitu
famuli.*

XLV. Huc pertinet quoque jus, quod Dominus in vestes famulo datas habet, de quo notandum, famulis hodiernis ante finitum ministerii tempus citra justam causam abeuntibus, aut delicto suo missionem merentibus, Dominum ad mercedem integram haud teneri, nec iniquè vestimenta honoraria *Steberey Kleider* vel similia ad certum usum comparata, nisi purè donata probentur, repeti ab efugientibus vel delinquentibus posse putaverim. *arg. l. 25. ff. de pecul. ubi Duaren. l. 66. §. 1. ff. solut. matrim. vel & denegari & retineri posse antequam delictum emendaverit arg. l. 40. pr. ff. de stat. liber. Bonacoss. de famul. quest. 79. Et si ea secum abstulerit auffugiens, furti tenetur. Boss. in prax. crimin. de jud. n. 53. & seq. Magn. Dn. Bechman. in Disp. hic habita de Jure Famul. hodiern, §. 99. in fin. Quæritur, an Libertus operas Patroni proprio suo victu & vestu præstare teneatur? Affirmativa placet, modo habeat unde se alat, *vid. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. & l. pen. ff. de oper. libert. Zoës. n. 4. Magn. Dn. Præs. S. J. C. Ex. 37. th. 63. & argum. harum legum idem de Vasallorum servitiis & subditorum, vulgò Frohndienste dicendum esse putarem. Unde & homines glebæ addicti hominesque proprii si moriantur cum Domino territorii inter cæteras res & vestes dividere heredes coguntur. Ita enim secundum diversorum locorum jura obtinet, ut his Domini in semissem, trientem, vel quadrantem cum liberis vel aliis heredibus succedant, interdum jumentum vel pecudem (daß beste Haupt unde Hauptfall) vel optimam vestem (Gewandfall) præcipit. Ex Besold. Thes. pract. voce lassen Illust. Dn. Præs. S. J. C. Ex. 40. th. 73.**

*De vestitu
funebri.*

XLVI. Quamquam inter funeris impensas vestes lugubres cognatis indui darique solitæ in jure nostro haud recenseantur. *l. 37. princ. l. 14. §. 6. ff. de religios. & sumpt. fun.* Ex consuetudine tamen passim recepta & observantia fori ad has quoque, quemadmodum ad ipsa

ipsa convivia funebria, dummodo utrinque modus adsit, privilegium impensarum funebrium in concursu creditorum porrectum est. Carpz. *part. 1. Jurispr. Const. 28, defm. 41. 42.* Itaque Jcti Jenens. aliquoties de jure responderunt.

XLVII. Ultimo fermè loco agimus de eo, quod justum est circa vestes, cum per contractus involuntarios aliqua malitia & vitiositate nostra magistratui civili jus aliquod in re acquisitum est.

XLIX. Acquirat autem Magistratus Civilis jus aliquod in vestes subditorum, si per contractus involuntarios subditi læserint statuta civilia & sanctiones honestatis. Id quod fit per luxum. Nam inter civitatis ægræ indicia vestium luxuriam prudentes quique censuere: inter hos gravissimus autor Seneca *epist. 114.* Satis ergo causæ apparet, quare sumtuariis legibus etiam circa vestes locus sit. Nequam est illud dictum: *Er fans wohl tragen / er hat es zu bezahlen / vel, ein ieder mag tragen was er bezahlen kan.* Nam nec luxus solum aut prodigalitates, sed dignitatis munerum & ordinum inter Cives. h. e. imperantes & parentes externa quadam conditionis nota *ναγκατερος* ratio hic habenda *arg. l. 15. §. 1. ff. de Usufruct.* Id quod volunt & disertè expriment vestiarie ordinationes nostræ *Reichs-Abschied de anno 1500.* Nachdem ehrlich / ziemlich und billich / daß sich ein ieder weß Würden und Herkommen er sey / nach seinem Stande / Ehren und Vermögen trage / damit eines ieglichen Standes unterschiedliche Erkändnuß sein möge. *Reform. polit. de anno 1577. tit. 9.* & patet ipso Theocratia Judaicæ exemplo *Exod. 28. vers. 2. & seqq.* Unde & Alex. Sever. Imperator omnibus officiis genus vestium proprium fertur dare voluisse, quo magis à vestitu discernentur singulæ dignitates. Neque liquet, quare tum temporis Ulpianus & Paulus Jcti proposito huic intercessisse memorentur Lampridio, nisi forte ista, quam Tiberius respexit apud Tacit. *3. annal.* nam quod Liv. *33. Histor.* meminit omnia talia discrimina quibus ordines discernentur & concordia & æquæ libertatis minuendæ esse ad rempubl. popularem, quæ jam pridem desierat, & nec ad vestium fortè causam spectat vetus inscriptio: *ÆDEM. HONORI. ET. VIRTUTI. VESTE. TRIVMPHALLI. CALCEIS. PATRICIIS.* *Henr. Salm. ad Panciroll. part. 1. tit. 44. p. 172. col. 1.* unde ænigma, *CALCEOS MVTA-RE, profactus est senator.* Quamquam & Spartana consuetudinis

Decontra-
ctibus in-
voluntari-
is circa ve-
stimenta.
De luxu.

olim fuisse feratur, ne quisquam altero cultior incederet, ne juvenes amplius quam una veste uno anno uterentur. Just. *ex Trog. lib. 3* quod ut temerè probari haud potest, ita si veteramentarius sartor biennium tantum calcularem militiam secutus, audeat accingere gladium inauratum, quam antiqua nobilitas nisi equestri dignitate ornata raro gestavit, si sericis tibialibus, imò integris vestibus comparere, si qui Parisiis degit nolit nisi in Belgio (ubi in his munditiæ singulare est studium) magno sumtu lavatis indusiis uti, ecqua inde meritorum, opum, spes, vel fiducia super futura est. Vid. Lanov. *discurs. 23*.

Contin-
atur.

XLIX. Vestis ad velandam turpitudinem primorum parentum recepta, ex indicio peccati & infirmitatis ut ingeniosa est ad pallianda errata, ad speciem vitiis inducendam, prava natura nostra, facta est post hac vanæ pompæ ac gloriæ luxuriæque instrumentum, in quo sibi maxime placeant, in quo maxime videri & digito monstrari cupiant homines, cujus circa hæc aviditati vix suffecerint barbari reges, quos uxoribus civitates attribuisse hoc modo: hæc civitas mulieri redimicula præbeat, hæc in collū, hæc in crines narrat Laz. Bayf. *de revest. c. 18*. quæ libido, cum fœmininum sexum maxime possedit, à quo fœcundo exemplo etiam mares hoc dulce pomum corruptit, ut tantum non in fœminas transformarentur. Festive Martialis

*Cincinnatulus ille, cui undulati
Properique humeros gravant capilli,
Qui tersa cute, blasulaque voce,
Qui poetis oculis, graduque molli,
Et pictis simulat labris puellam,
Hæc, posthume nuptias parabat,
Quum nequisimus omnium sacerdos,
Urbanus tamen & facetus hercle,
Ultra sponsus erat, rogare ræpit.*

Hinc multi Politici (ut scribit Besold. *in Comment. über die Fürstl. Württenb. Lands-Ordn. fol. 413. ad fin.*) sind der Meinung, weil das Weibsvolck insonderheit mit der Kleider Hoffart zugenommen, so solte die Obrigkeit den Anfang der reformation an ihnen machen, solchen Pracht, doch nach Standes Gebühr, niederlegen oder aber zulassen, daß allein die gemeine Dirnen solche leichtfertige Kleidung tragen

tragen möchten/so würden solche bald abgeschaffet werden &c. Apage
cum Androgynis istis :

Sint procul à nobis juvenes ut fœmina compri

Finè colli modico forma virilis amat.

Ita vestis, quæ de reatu pœnaque superbiæ, levitatis item ac otii ma-
teriam ac fomentum præbet, magna simul cum patrimonii calamita-
te. Quorsum enim vadant familiarium opes, quando

Matrona incedit census induta nepotum,

Et spolia opprobri nostra per ora trahit.

Et filia matrem, filiam ancila æmulatur. Sic eo res redit, ut denique
cum Biante omnia sua secum portent. Scépè enim & avita prædia, &
domum in qua defecit pater, minor crevit majorum imagines fulge-
bant. l. 22. C. de admin. tut. satis lugubri exemplo absorbet hæc cha-
rybdis. At interest Reipubl. opulentos habere subditos neve quis
datis in usum vitæ muneribus divinis seu re sua malè utatur §. fin. Inst.
de his qui sui vel alien. jur. sunt. Justum ergò erit, materiam & occa-
sionem profundendæ rei familiaris undecunque gliscentem, pro vi-
ribus remove; quare non immeritò Serenisf. Elect. Sax. Ord. Polit.
Tit. 22. §. 36. sanxit daß Krahmer / Jubelierer / Goldschmiede und an-
dere dergleichen Handel und Handwercks-Leute/einem von Adel oder
hoch graduirten Person zu seiner Nothdurfft und wann er ihm sonst
borgen wil/ mehr nicht als 100. Rthl. einen ehrbaren Burgermann
50. Rthl. und einen gemeinen 30. Rthl. an Wahren borgen/ so er ihn
aber ein mehrers auf Credit folgen lassen würde/ auf ereigende Bes-
richtliche Klage ihm weiter nicht als die Summa competens außträgt
verholffen und daß übrige im geringsten nicht attendirt werden soll &c.

L. Coercitiones pœnales quæ effectum ordinationibus vestia-
riis præbere debebant, quia apud nos serè languidius procedunt &
citò deficiunt, visum est nonnullis, si illi, qui fastuoso habitu ince-
dunt, in aulis principum & benè constitutis Rebuspublicis non fe-
rantur, prout fecit Guilielmus Dux Saxonix, de quo Klock. de arar.
lib. 2. cap. 94. n. 7. v. Guilielmus Dux. vel si Sartoribus & aliis artifi-
cibus vetitas vestes earumque garmituras conficientibus
muleta imponatur, ut Seren. Elect. Saxon. Ord. Polit. tit. 22.
§. 29. & 30. Aut etiam, si vectigalia severissima pretiosiori vestitui
imponantur, ut olim à Cæsaribus factum. l. 3. C. si propter public. pen-
sion.

De sum-
tuariis le-
gibus.

tion. vendit. fuer. lib. 4. qualia & in Belgio recepta. D. Besold. d. erar. publ. cap. 4. sub num. 15. pag. 69. add. Crusi. de ind. delict. part. 3. cap. 2. n. 86. meminit, retundi posse divitum luxum, verum quis modus est cupiditatis & luxuriae?

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Fortassis non alia melior fuerit legis executio vanitatis ac superbiae retinaculum, quam si in commissum revocentur amictus atque ornamenta, contra legem usurpata & pro re nata ignominiosa etiam accedat quaedam coercitio, certis ad hoc constitutis ephoris, ut apud Lacedaemonios olim factitatum legimus. Quo respexerunt etiam florentissimae Civitates Colonia & Hamburgum, ubi huic constitutioni haud morem gerentibus publice vestes exuuntur, & in columna infami, aut Pranger oder Halseissen / suspenduntur, omniumque risui & lusui exponuntur, ut testatur Ioan Albanus Ritter. *in dissert. de rebellib. class. 12. ad fin.* Serenis. Elect. Saxon. *in Ord. Polit. tit. 22. §. 26. & 27.* censores & denunciatores vestiarios constituere vult, quibus tertiam partem addixit. Occasione hujus coercitionis quaeritur: An minister Laicalis possit tollere à clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua pragmatica regis? Bobadill. *in polit. tom. 1. l. 2. c. 18. n. 121.* Dian. *tom. 9. tract. 2. resol. 117. n. 3.* Negant hoc, nec enim aliter poterant, cum Clericos omni iudicio seculari atque adeo universae jurisdictioni politicae ac foro communi jure exemptos credunt.

*De con-
spurcatio-
ne aliena-
rum festi-
um.*

LI. Inter contractus involuntarios recensetur, si quis alienas vestes dolo vel petulantia vel culpa v. g. ebrius conspurcat, scindat (singularis est illa scissio Davidis 2. *Samuel. 10. v. 4.*) aut quomodo libet corrumpat, parata est vel injuriarum vel legis Aquiliae actio. *arg. l. 1. pr. l. 9. princ. ff. de injur. l. 27. §. 18. ff. de leg. Aquil.* quae tamen commodatario a Juliano negatur. *l. 11. §. 9. ff. d. t. sive per effusionem, vel dejectionem in via publica vestimenta alicujus maculata & deteriora effecta fuerint, ex quasi delicto actio nascetur, tot. tit. ff. de his. qui effud. vel dejec. vide tamen l. 1. §. 6. d. t. quin extraordinarium crimen pro re nata reputatum fuit, si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto oblinuerit. l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim. & ad praefecti vigilum cognitionem pertinuit. adversus capsarios de quibus Cujac. 5. obs. 8. Qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiebant (qui & impuris libidinibus simul scopissimè ministrabant.*

l. 4.

l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam.) si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint. l. 3. §. 5. ff. de offic. praefect. vigil. furtum verò illorum hominum extra ordinem puniebatur *Ulpia. l. 1. ff. de fureb. balnear. & Paulus in eo milites deprehensos cum ignominia mittendos. l. fin. eod. tit.* Plaut. in rudente astutos hos fures docet, dum ait,

Etiam qui it lavatum in balneis,

Ibi cum sedulo vestimenta servat, tamen surripiuntur.

Aliud est de susceptore vestium *vid. l. 14. C. de suscept. lib. 12.* Erat verò inter eos officiales, qui annonis & tributis recipiendis praeponuntur. *l. 5. in fin. ff. de censib. praepos. vid. Brunnem. & Perez. ad. d. l.* Unde canon vestium *in l. 1. C. de mil. vest. lib. 12.* annua vestis collatio *in l. 2. ib. & l. 18. §. 3. ff. de muner. & honor. vestis ad personae munus refertur.*

De fullone

LII. Fulloni ob vestem ei furto ablatam, competit furti actio: praestare enim debet custodiam. Si autem solvendo non est, ad Dominum actio redit: nam, qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. *§. 15. Inst. de obl. quae ex delict. nasc. l. 12. pr. l. 14. §. 15. l. 48. §. 4. l. 52. §. 9. ff. de furt.* Hic tamen notandum, non sufficere demonstrationem, ut possit intelligi, sed color vestis subreptae dicendus, nisi jura-verit se pro certo colorem dicere non posse. *l. 19. §. 4. ff. de furt.* Virgini strophium qui eripit, ei invita, furti, rapinae vel injuriarum actioni pro re nata locum fore puto: qua parte quisque sibi caveat ne audire cogatur illud *Catulli ad Asinium. 12.*

MARRVINE Asini, manu sinistra

Non belle uteris in joco, atque vino.

Tollis lintea negligentiorum.

Hoc falsum esse putas? &c.

At vestimenta Aegyptiorum ex mandato Dei ab Israelitis excedentibus ablata, in vitium furti haud incidisse verum est. *Exod. 12. vers. 35.* Singulare etiam & illud est, quod vestimentum ex lana furtiva factum, si substantiam spectemus, vestimentum furtivum sit *l. 4. §. 20. ff. de usurp. & usuc. l. 1. l. 9. §. 2. ff. de contrah. emt.* nec is solum qui vestem abstulit furtum committit, sed etiam is, qui vestimento aliter utitur, quam commodatum est, & non solum ex commodato sed & furti tenetur. *l. 5. §. 8. infr. ff. commod.*

Questio

specialis.

LIII. Quæritur hic, si servum quis alienum spoliaverit isque furti goro mortuus sit, qua actione teneatur? De vestimentis furti agi poterit

H

terit

terit; de servo verò in factum agendum, criminali pœna adversus eum servata. l. 14. §. 1. ff. de præscr. verb. quod procedere puto, etiamsi servus ipsemet antea rapinam fecisset. Non enim grassatores à pœna Robbariæ ordinaria se liberare queunt, dicentes se raptorem spoliasse, Carpz. crim. part. 2. quest. 90. n. 53.

Alia.

LIV. Porrò quæritur, si extrema necessitate pannum ad sustinendam vitam alteri eripiat, an furtum committat. Licet Zigl. & cœteri ad H. Grot. commentatores hoc affirmant, negativa tamen juxta c. 3. X. h. t. placet, observatis scil. istis requisitis quæ H. Grot. lib. 2. c. 3. §. 7. 8. 9. posuit. Formale enim furti animus scil. fraudulosus abest, à quo denominationem alias fortiri solet, ubi enim præsumtio Dominum consensurum, non est furtum §. 7. Inst. de Obl. q. ex delict. nasc. add. Magn. Dn. Strauch. Diss. 9. aph. 5. nec opus est propterea ut recurramus ad rerum communionem, cum non tam rem communem, quam communicandam acceperit, ut ingeniosè Præceptor ac Patronus meus singulari observantiæ cultu prosequendus D. D. Simon ad H. Grot. lib. 2. c. 2. §. 6. n. 4. asserit: Nec video quomodo hîc naturæ præcepta (ut quidam volunt) violentur, cum vitam suam, dictante recta ratione servare quis obstrictus sit: media ergò ad conservandum necessaria si injustè deneget alter, non modò nil vetat, sed necesum planè est autoritate privata etiam arripere, ne destituentibus egentem omnibus, ipse quoque sese videatur destituisse, idq; majori etiam opprobrio quo magis quis sibi ipsi quam maximè est obstrictus. Dn. Charis. in Diss. inaug. de Conscient.

*Iterum a-
lia. cap. 6.*

LV. Tandem quæritur: an in itinere rigente cœlo austeraque hyeme vestem suam alteri salva conscientia præstare possit? Si superfluam eam haberet possimus concedere, alias in pari causa melior est conditio possidentis. H. Grot. de J. B. ac P. lib. 2. c. 2. §. 8. nec enim dilectio proximi illud efflagitat, cum dilectio sui est mensura dilectionis proximi, juxta illud Matth. 22. diliges proximum tuum sicut te ipsum, sed Doctrinæ regulam potiùs excederet, si proximum supra se diligeret, quod hoc passu fieret. D. August. lib. de Mendac. c. 6. Hurtado de Mendoza in 2. Diss. 144. sect. 4. §. 42. ubi statuit, peccatum esse aliquem mortem obire pro vita temporaria hominis privati sibi æqualis.

LVI.

LVI. Qui mortuos spoliaverint vestitu (is enim proprie dicitur *De spoli-*
cadavera defunctorum spoliaste Gloss. *in l. perg. C. de sepulchr. viol. tione ve-*
in verb. tricliniis. vers. si autem vestem. Carpz. *Conf. Crim. part. 2. in stium in*
quest. 83. n. 53.) spolium proprie non committunt, cum nihil possi- *cadavere.*
 deant defuncti *l. 1. §. Scævola. 15. ff. si quis test. lib. ess. Carpz. Const. Crim.*
part. 2. quest. 83. n. 55. extraordinarii tamen criminis reos esse patet.
tot. tit. ff. de sepulch. violat. add. l. 5. §. 8. ff. de instit. act. Interdum et-
 iam ii, qui cadavera spoliant, vel corpora ossaque extrahunt, seve-
 rius, quandoque etiam capite puniuntur. *l. 3. §. advers. 7. l. fin. ff. de se-*
pulch. viol. l. 4. C. de sep. viol. quod & ad illos extenditur, qui furcis
 affixos vel suspensos aut de nudant aut prorsus tollunt. Vid. Illust.
 Dn. Præs. *S. J. C. Exerc. 48. th. 92.* Sanè sepulchrorum violatio in pri-
 mitiva Ecclesia in utroque foro Ecclesiastico pariter ac politico habi-
 ta fuit pro insigni delicto. *in l. 8. §. 1. C. de repud.*

LVII. Arma & vestis juxta *l. 3. §. 1. 2. §. 2. ff. de captiv. & post. De mili-*
revers. l. 9. ff. de legat. 1. usum quidem in bello habent, sed postli- *tari vesti-*
 minio non redeunt, quia minimè favorabiles, qui in bello arma *tu.*
 aut vestem amitterent, imò pœna capitis puniuntur. *l. 3. §. 13. ff. de*
re militar. Captivis atque in alienam provinciam à barbaris vel hoste
 transvectis provincialibus si quicquam in usum vestium vel alimonix
 impensum est, humanitati sit præstitum, & ita ad propria redire cupi-
 entibus libera sit facultas, sancivere Imperatores Honorius & Theo-
 dos. Augusti. *in l. 20. C. de postlim. revers. & redempt. ab hostis.* in signi
 specimine universalis Domini hac parte in credita subditorum usur-
 pati, quemadmodum necessitate exigente facere posse principem
 existimaverim, ut ne sit executio eorum, quæ militibus in loco aliquo
 hospitantibus credita sunt à civibus. Commoda ergo & illa hic quæ-
 stio: an magistratus cogere posset civem. v. g. mercatorem, ut
 pannos invito tradat, quibus milites vestiantur, tempore obsidionis?
 Non veremur affirmativæ subscribere, quod enim juris in privato
 tempore necessitatis, illud meritò juris esse putarem in toto populo,
 præsertim cum tanti bonum publicum æstimeretur, ut subditus quivis
 illud potius promovere, quam lucrum quærere debeat. Gail. 2. *obs.*
56. n. 1. & seqq. vid. & Carpz. p. 2. Const. 33. defin. 16. Grot. lib. 2. c. 2. §.
18. 19. 20. nec obstat Principi subditorum jura intervertere aut lædere
non licere. l. 2. §. merito. 10. & §. si quis. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 4.



C. de emanc. liber. neminemque invitum cogi posse rem vendere aut emere. l. nec quasi publici anam. 70. ff. de R. V. l. 9. ff. de act. rer. amot. l. id quod nostrum. 11. ff. de div. R. I. l. invitum. 11. l. in vendentis. 13. l. dudum. 14. C. de contrah. emt. cum hic casus extra necessitatem sint intelligendi & extra causam boni publici. Æquum tamen est, cessante necessitate, mercatori de ablatiis satisfieri.

Vestis occisi.

LVIII. Inter confinia territoriorum prior cadaver judicialiter qui tollit, particulam vel de corporis, vel vestis ejus parte sanguinolenta (*Freischypfandt*) de quo Andr. Knichen. *de jur. superiorit. cap. 3. n. 405. & seqq.* aufert, & sic alterum Dominum prævenit, cognitionem solus habet. Dn. Carpz. *in prax. crimin. part. 3. quest. 110. n. 37* In pro scriptorum sanè bonis etiam vestium ac monilium proscripti, diligentem inquisitionem pro emolumento fisci periculo damni in duplo sarcendi injunxerunt Imperatores. *l. 7. C. de bon. proscript.*

*Vestes sanguine con-
spersa in-
dicium ad
torturam.*

LIX. Indicio ad torturam sufficienti gravatum esse putat Carol. V. Imper. eum, qui eo loco temporisque momento, quo homo necatus fuit, cum armis aut vestibus sanguine conspersis invenitur *art. 23 ord. Crim. ibid. item. so der Verdachte und Beflagte des Mordts halber umb die selbige Zeit als der Mord geschehen/ verdächtiger Weise/ mit blutigen Kleidern oder Waffen gesehen worden/ das ist für ein redlich Anzeigung anzunemen und peinliche Frage zu gebrauchen. &c.* Etenim si quis deprehendatur in loco ubi homicidium fuit perpetratum exinde oriri indicium Carpz. *Crim. quest. 120. n. 30.* quod tamen remotum est per se absque aliis adminiculis ad torturam haud quaquam sufficit. *art. 25. v. zum andern / junct. art. 27. ord. crim.* Si verò hoc accedat, ut deprehensus fuerit visus cum vestimentis aut armis sanguine madefactis, nemo negabit tum reum satis suspectum esse & Prægnanti suspitione gravatum ac propterea torturæ subjiciendum. Joan. Zang. *in tract. de quest. & tortur. c. 2. n. 153.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. qu. 21. n. 40. verb. hac Carpz. crim. part. 3. quest. 122. n. 23.*

*vestitus cum
vestita in
eodem lecto
jacentes in
dicium a-
dulterii.*

LX. Vestitus cum vestita si reperiantur simul jacentes in eodem lecto, seseque mutuo lascivè amplexantes, maximè si locus sit absconditus, ea indicia sæpè prudentis arbitrio efficiunt violentam præsumtionem adulterii *Moh. de l. & Jur. Disp. 91. tract. 3. n. 6. p. 1056.*

LXI. Tan-

LXI. Tandem de jure in vestimenta eorum, qui ultimo supplicio pereunt, agemus; ubi statim in principio quæritur, Vestes ultimo supplicio pereuntium quibus debeantur? Pannicularia hæc olim dicta & nec speculatoribus seu commentariensibus, nec fisco, verum præsidibus in utilitatem officii sui addicta, palam est ex l. 6. § pannicularia. ff. bon. damnat. Vix ergo ullo jure ea hodieque carnificibus debebuntur, nisi ab hæredibus (nam confiscatio bonorum non nisi in criminibus exceptis hodie locum habet) in derelictis habeantur. Sic enim jure occupationis, non officii penes carnificem manerent. Sanè cadaveribus punitorum, quibus sepultura negatur, cum vestes honestè detrahi non possunt, nec rectè vilia pretiosis, quibus fortè induti damnati, substituentur à carnifice cui nullum jus in vestes eorum, ut qui & in ipso supplicii articulo donare ea cuilibet aut legare possunt, competere diximus.

LXII. De executione Civili in vestibus Anton. Monach. Taurisensis Ictus Peculari tractatu prolixè egit. Sanè id interpretum plerorumque conforme placitum est, ad executionem vestium (etiam pretiosarum, quibus citra dignitatis nostræ præjudicium carere nequeamus) non nisi in subsidium i. e. de deficientibus omnibus aliis bonis deveniendum esse, quia sub alimentis comprehenduntur, quæ nulli debitori suppetentibus aliis bonis auferenda sunt. l. qui bonis. 6. ff. de cess. bon. Alimenta enim negare, necare est. l. 4. ff. de agnosc. vel alend. lib. & misericordia datum eripi, nisi immisericorditer non potest. Godofr. ad d. l. 6. lit. a. vid. Marquard. de jur. mercat. p. 125. n. 26. Imò in iis personis quibus id privilegii (beneficium competentiae vulgo vocant) datum est, ne ultra quam facere possunt, condemnentur; ne quidem in subsidium manus in vestimenta honestati ac dignitati cujusque eorum convenientia (luxuria sanè adjuvanda haud est arg. l. 26. de aur. & arg. leg. nec creditorum fame conservanda debitori superflua C. Manz. patroc. debit. dec. 3. quest. 3. n. 14.) debent porrigi. arg. l. 173. ff. de div. R. l. 30. ff. de re judic.

LXIII. Verùm hac parte de cæterorum & qui culpa sua facti sunt non solvendo causa separanda est ab infelicibus & infortunatis debitoribus. Illis sufficit tegumenti loco relinqui, quod pudori & necessitati naturæ sufficit. Hi enim nec ut palliū, dummodo sit ali- cuius pretii sibi servent, merentur. Hinc tot adversis & ignominiosis ceremoniis

H. 3

eorum.

eorum cessio, quæ ipsa tamen his multorum locorū statutis denegatur, alibi celebratur. Unde Carpz. *Asyl. debit. sub inir. c. 3. §. 43. n. 166. & seqq.* Apud Saxones carcer in hos & additio ad manus creditoris locum habent. *Sand. Recht. lib. III. art. 39. Novell. Aug. pr. c. 22. ord. proc. Joh. Georg. l. tit. 52. Richter de privileg. credit. imò & ignominia signum pileum flavum poenæ loco ipsis assignatum animadvertimus.* Joan Georg. *Elect. in der N. Erled. §. 78. tit. von Justicien Sachen.* Juris Lubecensis similis ferè dispositio *lib. 1. tit. 3. art. 1.* nisi quod foeminas haud patitur incarcerari (quas & ab inverecundia executionum exemerat Constantinus Magn. *l. 1. C. Theod. de off. crim. judic.*) cum tamen veste superiori à creditore orbari ferat, quæ alioquin miserabilis injuria in jure reputaretur. *l. 13. C. de curs. publ.* His verò qui citra culpam suam ære alieno obruti fuerunt, servandæ sunt quotidianæ, quemadmodum damnato ad mortem. *l. divus. 6. ff. de bon. damnat.* quamquam honestiores (id ex conditione personæ arbitrabitur iudex) vestes pretiosiores iis, qui de damno vitando certant, meritò in solutum cedunt, etiam illæ quæ uxori à marito debitore datæ erant, secundum supra traditam distinctionem. Nec enim offenditur regula juris, *tot. tit. C. ne ux. pro marit.* etiam illæ (quæ non ad quotidianum usum *arg. l. 5. §. 10. ff. de agnosc. & alend. lib.*) filiofamilias à patre debitore datæ, etsi donatæ fingantur, *arg. l. 1. §. 1. ff. pro donat. l. 25. C. de donat. inter vir & uxor.* quicquid enim vestium præter necessarias illas in dominio debitoris mansit, idoneum est executionis objectum, quale porrò non sunt vestes ad mortui debitoris funus necessariæ, necessariæ inquam, nam superfluis funerum ornamentis ante sepulturam intercedere posse creditores, haud dubitaverim. Demortui quæcunque vestimenta cessante jam pudoris & nuditatis respectu, pro expugendis debitis rectè pignori capiuntur.

*An avia
denudata
ubera ges-
serint.*

LXIV. Claudemus denique dissertationem nostram jucundo aliquo problemate occasione memoriæ aviarum nostrarum, de quibus Tacit. *de morib. Germ. cap. 17. vers. 5.* Nudæ brachia ac lacertos sed & proxima pars pectoris patet. An fortasse jamtum bonæ istæ foeminae hoc spectaculum luxus studio efficiebant, quemadmodum hodie licentiores & aulicæ affectationis foeminae lacertos propemodum à cubitu nudos in reliqui corporis conjecturam ac spectaculum amoris ostentant & mammaram quoque ad papillas usque conspectu in-
tuen-

tuentium feriunt oculos. Haud equidem putaverim, nam & virorum par erat nuditas in omni domo nudi ac sordidi, ait idem Tacit. in hos artus, in hac membra quæ miramur, excrescunt, liceatque mihi hic illud Quintiliani in declamatione pro milite in defensionem continentia majorum nostrorum, quam idem Tacitus tam ingenuè prædicat, assumere: nihil tale novisse Germanos & sanctius apud oceanum vivi. Quamvis enim cætera eximius & incomparabilis antiquarum Germaniæ rerū illustrator Phil. Cluver. asseruerit, nuditatis ipsismet genitalibus majores nostros incessisse, hoc etiam paradoxon non tantum in opere Germaniæ antiquæ defendere & quidem acriter haud dubitaverit: longè probabilius tamē & felicius πολυμαθεύτος antiquitatis Germanicæ vindex Herm. Conringius in *dissertatione de causis mutati habitus corp. German.* docuit, nuditatem Germanorum fuisse; esse male tectis artibus: ut in rudi illo vitiorum pariter & delictiarum ignorante seculo; vid. Sen. *epist.* XC. cujus rei vestigium fortassis in eo reliquum, quod non tantum sua ætate Æneas Sylvius *epist.* 425. annotavit: viros fœminis mixtos citra opprobrium (nam Romanis repudii expressa causa ea fuit. *l. II. §. 2. C. de repudi.* ut qui matronis suis haud quaquam eā fidem tribuerent, quam sibi vindicavit Livia Augusti apud Dion. *lib. LVIII.* Castæ mulieri non nisi statuarum instar esse asserens homines nudos) nudos cum nudis in balneis apud Germanos versari, sed & hodieque idem illud in nonnullis locis certè apud vulgus fieri à quibusdam affirmatum memini, de quo ego tamen oculatam fidem aliis relinquo, nam balneorum quidem adductior passim nunc disciplina in civitatibus Germaniæ: sed illa nuditatis simplex innocentia & pleraque alia pudoris argumenta fuere: nunc

*Ætas parentum pejor avis tulit,
Nos nequiores mox duros
Progeniem vitiosorem.*

Quemadmodum enim & Romani, hac in parte citò defecerunt à majorum severitate, adeò ut invalescente luxuria non tantum præmortui pudoris mulieres tanquã expolitæ libidinum victimæ ut eas Tertullianus vocat, corporis partes incendendæ libidini aptas, aut nudarent prorsus, aut tenuissimis ac pellucidis telis seu nebulis lineis, ut ille ait, contegerent, unde Horatius

Cois

*Cois tibi penè videre est
ut nudam ----*

ET MARTIALIS

Fæmineum lucet sic per bombycina corpus.

Sed & matronæ ipsæ in id licentiæ prolaberentur Sen. VII. de benef. 9. Non satis muliebris infania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonium auribus singulis pependissent. Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquido, nudam se non esse, jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercia gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quàm in publico ostendant. Ita majorum nostrorum expers olim vitii & durando credo corpori usurpata nuditas exoticis commerciis moribusque sensim corrupta in licentiam & luxuriæ instrumentum & ipsa degeneravit, pari scilicet reliquæ vanitatis contagio id quod & in Flandris suis contigisse non minùs eleganter quàm graviter indignatur Nicol. Burgundius Elegia ad Daniel. Heins. ubi post alia.

*Flandria cum primum concluderet oppida muris,
Et populus simplex, & rude vulgus erat.
Nulli marmoreis surgebant molibus aedes
Materiamque operi proxima rura dabant.
Nec fuit argilla pudor obstruxisse penates,
Aut in straminea consenuisse casa.
Claraque nobilitas spreto discrimine pompæ,
A populo sola laude remota fuit.
Vixque satis notum fuerat quid gemma valeret,
In pretio pannus telaque vilis erat.
At postquam audaci percurrimus æquora puppe,
Et quas nescierat Belga stupebat opes,
Luxuriæ patefacta via est, sensimque parentum
Simplicitas vitiis fecit abacta locum.
Parthenope nebulas, Coasque Ligustica vestes
Inculit, & fucos Gallia compra suos.*

Nec

Nec satis ad fastus in nostro invenimus orbe
 India tentata est, & nova damna dedit.
 Serica nunc etiam cepit quoque vilis haberi,
 Atque in plebeja luxuriare domo.
 Villica callosos artus præcingitur auro.
 Nobilis, in dubio est, hæc sit an illa, nurus.
 Quotque vides gentes, totidem discrimina vestis,
 Inque novas formas quilibet annus abit.
 Obruimur cultu, nec quo matrona tegatur
 Sufficiunt agiles annua lucra manus.
 Fœmina circumfert totos in corpore census,
 Et quicquid genio subtrahis, illa terit.
 Arctaque paupertas lariumque angusta supellex,
 Aratis tunicis dissimulata latent.
 Vidi ego quæ rereti suspenderet aure lapillos,
 Exhausta solam vivere semper aqua.
 Vidi ego quæ faceret furtivos fornice quæstus,
 Verrere ut heroo syrmate posset humum.
 Ducite nunc igitur juvenes sine dote puellam,
 Nil nocet: absentes corpore quæret opes.

LXV. Sed ut ad nuditatem pectorum revertamur, iste luxus e- *Continua-*
 tiam majorum gentium Germanas nostras infecit ex Italia, ut puto, *tio.*
 aut Gallia derivatus. Certè levissimi in talibus Galli, nihilominus
 cum ejusmodi more à Venetis fœminis, ut nonnullis tum videbatur,
 mutuato suspicabantur, simul significantius quiddam in aulas suas
 irrepfisse. Ita enim anonymus quidam Dialogorum scriptor: *Quand*
je verray cela à la cour, il me souviendra tous-jours des courtisanes.
Et peut-estre, qu' il-y-a-enbien quelques unes, qui sont doublement
courtisanes. PSIL. Comment entendez vous cela, doublement cour-
tisanes? CEL. j' entend que ces dames de la cour sont déjà courti-
sanes à la fason que les gentil-hommes de la cour sont courtisans:
mais de celles, qui sont ainsi leurs monstres à la Venitienne il-y au-
roit bien danger que quelques unes ne fussent aussi Courtisanes d'
autre sorte: c' est à savor à la Venitienne. Et si verum est, quod
 I Gyges

Gyges ait apud Herodotum. 1. c. 8. Mulierem exuta tunica verecundiam pariter exuere; ratio apparet, quare Sereniss. Elect. Sax. *Noviss. in Ordin. polit. tit. 22. §. 35.* ita notanter. Diuiciln ferner das adeliche und ander Frauenzimmer bis anhero ungeachtet derer Geistlichen eifrigen Strasspredigten/sich dennoch gelüsten lassen mit entblösten Halsen und Brüsten zu gehen/denen auch geringere Scandes Personen und gar die Mägde nachgesolget/gleichwohl solches zu nicht wenigen Ergernis gereicher/so wollen wir/das ehrliebende Frauenzimmer umb ihres guten Stimpfs/und Vermeidung allerhand Uppigkeit halber vermahnet haben von nun an mit bedeckten Halsen und Brüsten zu gehen/die aber solche unsere Verordnung verächtlich hindan setzen/iedesmal mit 30 Thaler Straf/und die gemeinen Bürgerstandis und derer Handlungsleute Weiber und Töchter auch Dienst-Mägde mit 10 Tag Gefängnis belege wissen. videantur. Martin. Scokki. *Dissert. de coll. & vicinar. partium nudit.*

*Morale
vestriana.*

LXVI. Tandem obsignemus hanc opellam nostram gravissimo D. Bona, Seneca Christiani commonitorio cap. 10. *manuduct. ad caelum aph. 5.* Homo nudus creatus est & non erubescibat, non enim poterat rubore eum afficere nuditas ignorata. Postquam verò peccavit, abjecta innocentiae chlamyde qua satis eum tegebat; externa vestis pudori velando necessaria fuit. Sed quod olim in poenam irrogatum fuit, nunc in dignitatis prerogativam transivit. Quaruntur vestimenta non qua tegant, sed qua ornent, qua alienis oculis ac libidini placeant. Nimia ejus accuratio totusque vultus de speculo & capsula, muliebris ingenii est. Pudebit cultus exterioris, si cogitaveris quid eo tegatur. Qui habet intus ornamenta virtutum non quaerit externa. Ostentari virtus sine fuce gaudet: quicquid addideris, minus est illa. Quidam se catenis onerant, sed quia aurea sunt, infamiam servitutis non metuunt. Aliquos non ligat aurum, sed figit: nam per vulnera infigitur auribus, e quibus saepe patrimonia pendent; & qua olim poenarum nomina, nunc ambitionis sunt. Non paucos videbis inter pectinem & speculum diu occupatos, qui magis solliciti de capitis sui decore sunt quam de salute. Ita prevaluerunt stultorum hominum depravata Judicia, ut se rebus ornari putent, quas calcare deberent. Si igitur vestis tua artis expers; non ad pompam, sed ad necessitatem, infra fastum, supra sordes, & ad
vita

vitæ conditionem temperata. Auro te licet & margaritis exornes, sine Christi decore deformis es. Hic est decor, qui semper manet; qui non carnem morituram, sed te ipsum intus exornat. Insana ambitio est, fimum tegere auro. In hanc sententiam propè gemina sunt verba elegantissimi scriptoris labem istam seculi nostri propius perstringentis: In subere præter corticem nihil videas, quod usibus humanis serviat; infructuosa prorsus arbor cujus tota vis in integumento laborat, ut obducatur egregius. Aliter se gerit prudens vitis; quod virtutis habet, sapienter impenditur: quantum opus est, ex eâ cortex accipit, sed major de uvis cura; nec dedecus est arboris, quod rami informes tanta utilitate peccant. Quid stultius, quam in pretiosas vestes totam conferre substantiam? sibi suisque patientiam imperare, ut cæteris exhibeas decentius spectaculum? ad quascunque novitates ambitiosè mutari; dolere, si quis in amictu, quem ad ingens sartorum commodum mos novus induxi, citius aut carius insaniat? Non attritu, aut colorum damno, sed opinione, jam apud nos panni vilescunt. Ut pretium vestis amittat, satis, si per paucos dies visa est; una se vestiendi lex, oculorum fastidium. Ad comparandos hos ornatus, ubi pecunia deficit, sæpè dominus solidiora cadentis fortunæ solatia lugens vendit, suas cœnas, sua prandia; non rarò matrona pudicitiam; tanti est splendide vestiri, ut turpius credatur, obscure continentem esse, quàm fulgere jacturâ castitatis.

Unde habeas nemo querit, sed oportet habere.

Verùm se prodit tandem tantâ arte palliata necessitas; minuitur in dies suppellex; liberis subtrahitur annona; inducitur fames servis; & ut familiæ leges apud vicinos pervulgavit, aut vernularum loquax egestas, aut ipsa jam vacuæ domus miserabilis species; intutum est foras exire; stat in viis cum satellite sollicitus creditor; qui longo carcere Dominum cogat ea reddere, quæ olim in fortunæ suæ decus mutua sumpserat, ut clariùs rueret.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

LXVII. Cæterùm qui de re vestiaria plura nosce cupiat, nec enim nobis aut ingenii aut temporis quicquam superfuit ad exhaustiendum totum hoc argumentum, eum pro animi simul atque oculorum oblectamento remittimus ad Octavii Ferrarii Commentarium

Conclusio

Dispositio

1101880



de re vestiaria, cujus æquidem copiam defuisse nobis est, quod maximè dolemus. Casarem Fercellum de habitibus antiquis & modernis, Georgii Struvii Icones habitus omnium gentium. Jodoci Amani Gynæceum seu theatrum mulierum, in quo foeminei habitus.

SOLI DEO GLORIA.

EMENDANDA.

pag. 5. l. 34. pro sufflatus lege suffultus, p. 6. l. 21. pro percipiant lege præcipiant, p. 7. l. 24. pro discilies, lege discipules, p. 8. l. 30. pro fieri lege heri, p. 9. l. 5. pro hic lege huic, pag. 12. pro ciliciæ lege cilicia. p. 13. l. 11. pro magnificentiam lege magnificentiam, & lin. 28. pro præcipuè lege præcipuas, & pag. 14. l. 24. pro ad lege ac, & lin. 26. pro palleo lege pallio & lin. 3. a fin. pro icya lege icy la & pag. 15. lin. 8. pro afflas lege affles. p. 16. lin. 15. pro his lege hic, p. 18. l. 6. pro existinabatur lege existimata testis adfuit & l. 16. pro muliebrum lege muliebrium, & lin. ult. pro affectione lege affectatione. p. 19. l. 13. pro clericali lege clericali, & lin. ant. penult. injurias lege inter injurias, p. 20. l. 5. pro injuriam lege injuriarum l. 7. pro statua lege statuam p. 20. l. 31. pro quo lege quomodo p. 24. l. 3. post tamen adde excelsus. & lin. 32. pro confociatum lege confociatum & lin. 33. pro audeant lege audent & lin. 29. pro non minores lege non magis, p. 29. pro effundit lege effundi, p. 30. lin. 5. pro piar. lege pior. p. 33. lin. 6. post Lindenbrog adde ad, lin. 19. pro vestes lege vestis. p. 34. lin. 17. pro eamque lege eaque. p. 36. l. 7. viro lege a viro, p. 37. l. 32. pro pertineat lege pertinet. p. 39. l. 14. pro ea lege eam. p. 42. l. 9. pro in lege etiam & lin. 16. pro von lege ju. p. 43. l. 28. pro nominaque lege nominumque & l. 29. pro cum lege excutiendæ cum. p. 44. l. 5. pro veniet lege veniat lin. 10. pro quo lege quomodo & lin. 29. pro & lege est, p. 44. l. 4. post est pone ex, l. 31. pro quod pone quid, p. 47. l. 2. pro conditionem pone conditione l. 26. dele quod. lin. pen. ult. pro mulieribus lege muliebribus. p. 48. l. 15. pro extremo lege extremæ p. 49. l. 28. pro i. in quari pone. l. 33. pro prohibeatur lege prohibetur. p. 50. l. 5. pro divini lege divina. l. 24. pro obnoxium lege noxium l. 28. pro tuo lege suo & pro adhibendum lege ad exhibendum. p. 51. l. 2. pro Domini lege Domino. p. 52. l. 17. pro emendaverit lege emendaverint. l. 21. pro veltu lege vestitu p. 54. l. 22. pro properique lege properique p. 55. l. 9. pro opprobri lege opprobrii & lin. 10. pro redit lege rediit. & lin. 33. pro garmituras lege garnituras p. 56. lin. 24. pro conspurcat lege conspurcet. p. 57. lin. 20. pro ei lege ea p. 59. lin. 29. pro invito lege invitus p. 60. lin. 25. pro sufficit lege sufficiens, p. 61. lin. 32. pro de cæterorum lege decoctorum. p. 62. lin. 28. pro expungendis lege expungendis p. 63. lin. 8. pro nuditatis lege nudatis.

MONITIUNCULA.

Quæcunque menda irrepserunt, Authoris absentia, non verò negligentia ejus imputabis. Corrige Lector & ignosce illis, qui inculpata sunt.

Super-

SUPERPONDIA.

1. *Bellum privatum propriè non datur.*
2. *Proverbia Salomonis possunt dici precepta moralia.*
3. *Samson αὐτόχειρ dici nequit.*
4. *Suspensus jure Divino occidente sole è patibulo auferendus.*
5. *Turpis inspectio Romanis incognita.*
6. *Dantur Antinomiae.*
7. *Dimicatio inter duos mortem meritos concedi potest.*

Qui bene vestitus exponit provida cura,
Tegmine purpureo hunc vestiat alma
Themis!

Ita vovit ex animo Eximio Dn. Respondenti, erudite Dissertationis Autori, amico suo percharo

Georgius Adam Struve / D.

Ad Pereximium atq; Eruditissimum

Dn. OSTERLOH, Juris utriusque strenuum sectatorem,
amicum suum honorandum

Pactio vestita est, quam tecum Astræa peregit;

Si mea sic urges munia, consul eris.

Non ille unius qui jura tuebitur anni;

Sed qui perpetua lege tribunal agat.

Nempe bonus quoties judex & fidus honestum

Utiles & in dubio præferet æqua foro.

Id de Germana tam docta pericula veste

Si patriæ de Te pignora certa probant :
Non mihi nunc animus cultum laudare fidemq;
Arbitra quam merito spondeat illa tuo ;
Laudet opus : tu fata Tibi placitura secutus
Arcebis studio furfur inane tuo.
Non Tibi cum diva sic lis erit implementi :
Bis dat , qui citò dat , gratia grata Deæ est.

*Id festinatum licet ac candidum omen est indolis , atque industria
verissimis studiis à Dn. Autore illocata , gratulandi
animo expressum*

Theodos. Lehman / D.

Serenisf. Ducum Sax. Camerae Proc.
& Advoc Aul.

Mut *negra* cū *Murva* faciunt rectissima curva :
At cultor juris talia jura negat.
Dum jam jura doces *lenæ* de *Vestibus* aptè,
Patria Te *Sparta* vestiât , opto , brevi.

Boni ominis e.

Johannes à Lith, I.U.Dd.

Ut pennæ volucres, hominem sic vestis adum-
brat :

En ! opus hoc mentem pingit, amice, Tuam.
Jura hæc vestitus Tua munera mentis adum-
brant :

Unde Tuo capiti purpura vestis erit.

*Ita nobiliss. & clariss. Dn. Autori, Fantori suo amicissimo
gratul.*

M. Heinr. a Lith, Fac.

Phil. Adj.

Sic

Sic igitur nonstras relinquis amice, Camœnas,
Et patrii repetis dulcia rura soli?
Ecquæ causâ fugæ? num nostra invisa lycæa?
Non: Patris imperium quò vocat, ire paras.
Sed prius ac sedes mutas, patriosque penates
Invisis, studii das documenta tui,
Quid circa vestes disponant publica jura
Præside sub Magno non sine laude doces.
Gratamur cœptis: sic perge, & tempore parvo
Addisces trepido jura sonanda foro.
Nec Tibiserta Themis, nec spartam terra ne-
gabit

Patria, jam thalamos pro nuba Juno parat.
Inter à faciles abitus tibi, amice, precamur.

Corpore disjunctos nos tibi junget amor.

*Sic Nobilissimo Domino Respondenti de insigni hoc eruditionis
specimine gratulabamur, ejus*

Commensales.

Ex habitu cognosce VIRUM: cognosce PUELLAM,
Sed non ex solâ Veste utriusque notam.
Multi fucatam mentem sub Vestibus abdunt
Ast sub Veste tua nil nisi Candor adest.
Veste latent multis obscuro in corpore Naevi,
Sed mentis dotes hâc Tibi Veste micant.

*Ita egregiam de Vestibus Disputationem Nobilis Dn. Au-
thoris, Amici & Contubernalis antehac Dulcissimi
levi hac adjunctione convestire voluit*


Joh. Gvilielmus Harprecht.
Dum


Dum *Jus Vestitus, vestitus* PRÆSIDE Magno,
Monstras, *vestitum* pectus, *Amice*, refers
Doctrinâ *Juris*. Quid agam? Cape, quaeso, synopsis:
GRATULOR! Hoc satis est. Vive, valeque diu!
Angelico *vestitus* eas, precor, agmine tutus,
Ne quis *vestitum* tollat, *Amice*, tuum!


*Paucis hisce memoriam sui perennaturam Nobi-
lissimo Dn. Osterloh, elegantissimæ hujus Dis-
sertationis Autori, Fautori, Amico & Sympa-
triotæ suo honoratissimo commendare, Eidemq̃
jam jam in patriam abiturienti faustos ac pro-
pitios Viales apprecari voluit, debuit*


Henricus Schlüter/
Bremensis Saxo,











154451

ULB Halle 3
003 621 391




f


Sb.

VD 12

2







17 20
JESU OPERI BENEDICENTE
MAGNIFICO JCTORUM ^{ET} ORDINE PERMITTENTE
DE

EO QVOD

JUSTUM EST CIRCA VESTI-
TUM CIVIUM,

DIRECTORE

D N.

GEORGIO ADAMO *Struben/*

JCTO CONSUMMATISSIMO, SERENISS. DUCUM
SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO EMINENTISSIMO, FA-
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, CURIÆ PROVINCIALIS AC
SCABINATUS ASSESSORE PRIMARIO GRAVISSIMO,

DN. PATRONO ET PROMOTORE SUO, SUBMIS-
SE AD LIBITINAM SUSPICIENDO,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni
subjicit,*

JOHANNES OSTERLOH, BREM.

ad diem Augusti Anno M. DC. LXXV.
loco horisque solitis.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhoferi.

